

Johann Peil


**Discursui Ut cunque Iuridico Super Praenobili Et Celeberrima Successione
Iuliacensi, Utri Principum Illa hodie competit? : Oppositi Antidiscursus vere, uti
inscribitur, Iuridici, Apodixis sive refutatio ; Uni Solique Serenissimae Electorali
Domini Brandenburgicae, eandem succeßionem in solidum & latius vindicans ;
Cui Praemissi Sunt Supradicti Discursus utcunque & vere Iuridici**

Editio Secunda Priore Paullo auctior & longe emendatior, [Hanau]: Francofurti: Francofurti: Deschius: Typis Emmelianis, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn787786519>

Druck Freier  Zugang





K. H. ARB. 35a. 7.
4

1619
Sc-1168¹⁻³

3

DISCURSUS
VT CVNQVE
IVRIDICO SVPER
PRÆNOBILI ET CELE-
BERRIMA SVCCESIONE IVLIA-
CENSI, VTRI PRINCIPVM ILLA
hodiè competat?

OPPOSITI ANTI DISCURSVS
verè, uti inscribitur, Juridici,

Apodixis siue refutatio

VNI SOLIQUE SERENISSIMAE ELECTORALV
Domini Brandenburgicæ, eandem successionem in solidum
& latius vindicans.


EDITIO SECUNDA PRIORE PAVLLO
auctior & longè emendatior.

CVI PRÆMISI SVNT SVPRADICTI DISCURSVS
vtiunque & verè Juridici,



FRANCOFVRTI,
TYPIS EMMELIANIS: IMPENSIS
Ioan. Wolff. Deschij.

Anno M. D. C. XV.



D I S C V R S V S

V T C V N Q V E I V R I D I C V S,
S V P E R P R A E N O B I L I E T C E L E B E R R I M A
successione Iuliacensi, Vtri Principum illa hodie
competat?

A V D E N T breuitate moderni, & analytica methodus ut omnium optima, sic Iuristis in responsonibus est propria; Etenim ferro viam aperit, qui per contraria transit. Brevis igitur & analyticè, non operosè & grandiloquenter, in præsenti placet dispicere: Vtri Principum, Electorine Brandenburgico, vel Palatino Neoburgico (hi enim ut ante alios prætendunt, sic & possident) terrarum Iuliacensium successio debeatur? talis enim controversia etiamnum indecisa pendet, ut desuper discursus labor frustraneus videri non possit. In eius verò decisione ita versari quemque virum bonum decet, ut quicquid est ultro citroque rei gestæ seu facti, quicquid etiam iuris inde emergentis, ingenuè fateatur, non dissimulet, nō calumnietur, vel detorqueat.

Et prædictam successionem Electori Brandenburgico, nomine Vxoris, in solidum deberi puto. Huius sententiæ rationes refero ad tria capita, Ius sc. Maioratus seu Primogenituræ, Patrum Unionis, & Paetæ Dotalia.

Primò, quantum ad ius Maioratus, successiones tam Clivenses quam Iuliacenses eidem antiquitus subiacent, h. e. primogenito, vel eius linea deficiente, primogenitæ deferuntur. Postquam enim anno 1496. occasione nuptiarum Mariæ Iuliacensis & Iohannis Clivensis, utraq; terræ ex pacto Principum cum sub-

A 2 ditis

ditis cœperunt vniri & indiuisibiles esse, hoc ius iis simul est illatum, utpote sine quo earum Vnio non conseruari, nec ad posteritatem transmitti poterat, quippe quod ita natura comparatum sit, vt totum diuidendo pereat. Vnde id ipsum ius prædicti Coniuges, eorumque filius Dux Wilhelmus uterque successuè in suis ante-nuptialibus dispositionibus inter liberos de post studiosè obseruarunt, successiones iuxta illud formando, eaſque primogenitis, etiam foeminiſ in defēctu masculorum deferendo; vt vna eaq; ſola familia Iuliacensis, ante alias illuſtres Germaniæ familias (in quibus liberi communiter masculi æqualiter succedunt, niſi in feudo Electoratus & feudo Regni) huic iuri iam aſſueuerit. Quapropter in præſenti quoque ſucceſſione id ipsum omnino obſeruandum venit, nec à primogenitæ F. stirpe, cui ſe-mel eſt acquisitum, quamdiu illa durat, diuellī debet aut potest, 2. feudor. 50. de natura ſuccesſ. feud. Et ita ordo non tantum naturæ, diuinæ legis, Deut. 21. verſ. 17. Genes. 49. 7. 2. Paralip. 21. v. 3. & canoniciiuris, c. licet, extr. de voto: ſed omnium ubique gentium nota conſuetudo poſtulat: nec aliàs temere recedendum ab eo, quod diu æquum viſum eſt l. 13. §. fin. ff. de extraord. cognit. quodque obſeruantia retrō laudatissimorum Principum per tot annos eſt frequentatum; quia hoc conſuetudo eſt & præſcriptio ius tribuens, l. 35. ff. de legib. & antiquitas vim legis habens, Hōſiens. plenè notat in c. quanto, & facit l. pergit. C. de ſepul. violat. §. fin. Instit. de adoption.

At verò hoc ius Maioratus non videtur competere foeminiſ, nec per earum lineam vagari poſſe, ſed ſoliuſ masculinitatis eſſe propriuſ. Resp. imo & competit foeminiſ, quoties (ſubiectum eius) ſucceſſio in ſuo genere eſt foeminea, qualis utique hæc noſtra eſt. Ad eam enim vocantur filiæ priuilegio ſuccesſorio Caroli V. Imperat. de anno 1546. quarum inibi laxa ſucceſſendi qualitas & habitudo ex paritate rationis (ne maiora feuda diuidendo pereant) per huiusmodi ius Maioratus tam reſtrin-gi & potest & debet, quam in masculis, ſi tales hodie eſſent. l. il-lud 32. ff. ad l. Aquil. Sic enim, ut obſcuri facti non eſt, Wilhel-mus ultimus Dux Iuliacensis & Sibylla Brandenburgica coniu-
ges,

ges, filiæ suæ Mariæ: Maria & Iohannes Cluensis itidem coniuges, filiæ suæ Sibyllæ Saxonicae: & omnium nouissimè Wilhelmus & Maria Austriaca coniuges, filiæ suæ Mariæ Leonoræ Borussicæ Primogenitis, in defectu masculinæ lineaæ, hoc ius detulerunt, equidem non novo iure seu exemplo. *Angli enim, Bohemi, Poloni, Geldri, Belge, Hispani & omnes populi quotquot imperia & successiones sexu non distinguunt, idem ius in feminis usurpant: Henricus VIII. Rex Angliae patrum nostrorum memoria, in defectu masculinæ linea Eduardi, eidem Mariam primogenitam, & huic Elisabetham secundo genitam, nuper defunctam, substituit, & ad regnum, in solidum capessendum, non aliter quam secundum etatis prærogativam, h.e, ius Maioratus, vocavit, &c.*

At verò sic priuilegium successorum & hoc ipsum ius Maioratus inter se committo. Resp. imò non minus hic quam in linea masculina, non & minus quam regulam & exceptionem inter se: adeò successionem ius Maioratus nec in hac nec in illa linea tollit, sed restringit tantum.

Secundò, serenissimus Elector habet pro se ius illud Vniōnis (malè priuilegium dixeris) die vratte Unions Vertrag/ quæ Principes cum subditis, ab initio dixi, exerunt, Cæsares postmodum Ferdinandus anno 1559. Maximilianus anno 1566. & Rudolphus anno 1580. confirmarunt hoc modo, daß so lang die Succession Herzog Wilhelms Erben/ von Ihrer F. G. posteritet/ in absteigender Linien/ weren vnd verhanden seyn würde/ die Fürstenthumben vnd Landen Gülich/ Cleve/ Berg/ Matck vnd Raumsperr zusammen vniirt vnd genslich beyeinandern/ vngesondert vnd vngetrennt bleiben sollen.

Diese Unions Vertrag vnd derselben Confirmationes müssen nochtzenglich in terminis habilibus, saluo sc. iure Maioratus, geschehen zu seyn/ verstanden werden. Eius enim ibi Cæsares non meminerunt, tantum abest, quod sustulerint aut mutarint. Quod ergo mutatum non est, quare stare prohibetur? *I. sancimus. C. de restam. Ist dem also/ so seynd Ihre Churfürstl. Durchl. vermög solches für vnd für wehrenden Maiorat Rechens/ dieser Unions Vertrag allein sezig/ vnd dieselbe kommen Ihr allein zu statten/ als bey welcher*

die linea primogenita allein zu finden. Nec verba, von ihrer posterite
in absteigender Linien / ullo colore iuris ad masculos solos referri
possunt, ac si sensus esset, terras non in foeminis, sed in masculis
tantum unitas censerit. Nam appellatione *descendentium* veniunt
omnes in infinitum, tam nati ex foeminis, quam masculis. *Nov.*
118. c. 1. l. fin. C. de legit. hered. & in foeminis quoque familiarum
est posteritas, quas sibi procreatione & propagatione consti-
tuunt, licet ratione eius, quod in maritorum potestatem trans-
eant, earundem dicantur esse finis. *l. 195. ff. de verb. signif.* addo
quod priusquam Cæsares Principi pactum Vnionis confirma-
runt, id foeminis quoque competit, *ut patet supra:* ergo & nunc
competit. Confirmans enim nihil noui dat, c. *quia intentionis. ex-*
tr. deprivileg.

Tali vero & tanto Vnionis pacto serenissimum Electorem
quam fortiter inniti decet. Si enim id sibi e blandiri patitur, ut
subsequatur terrarum diuisio (qua tamen sine consensione der
Ritterschafft vnd Stätte fieri non posset, *l. sicuti. C. de oblig. & a-*
cțion. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iur.) quam protinus & ius
Maioratus ipsi euanescit, prætensionis suæ non minimum fun-
damentum, vt super eo non habeat se amplius fundare, utpote
quod hoc sine illo esse non potest. Quia enim unus habebit id,
quod inter plures diuiditur? erit & tum actum de iure Pactorum
dotalium, qua nisi stante terrarum Vnione vix sustinebuntur.
Summa, Vnione sublata, successio hæc ad caussam intestati reci-
det, quo casu ex iure communi Neoburgus, Bipontina, Borga-
uus, omnes isti ut una succedant, necessum est, tantumque quilibet
eorum auferat, quantum Elector solus, solutis dotibus, abla-
turus fuisset, adæquatis sc. omnium iuribus & gradibus inter se,
vt vbi æquales gradus, ibi & æquale ius: vbi æquale ius, ibi & æ-
quals successio necessariò sit inducenda. Soll der halben bey leib
kein Theilung gesch:hen / Sondern über diß Vnions Recht an seyten
Ihrer Churf. Durchleucht. stark gehalten werden.

Tertiò sunt pacta dotalia Borussica, Neoburgica & Bipon-
tinica, qua quamdiu stant, mirum si in hac causa serenissimus E-
lector non vincit, vel pueru iudice. In ijs Dux Wilhelmus ta-
lem

l' em seriem successionis inter liberos ordinavit; idque more ma-
 iorum pro conseruatione Maioratus & Vnionis, quibus terras:
 suas antiquitus sciebat affectas, ut sc. mortuis filiis suis, &
 sic deficiente primogeniti linea, primogenita filia (modernæ
 Electricis mater) eiusque hæredes omnes, suas terras habeant,
 sororibus exclusis, & certa pecuniæ summa ijs in dotem assigna-
 ta: quod si verò contingat illam eiusque hæredes deficere, vt tum
 secundo genita filia eiusque hæredes, h. e; Neoburgi, eodem
 modo quo prima: si & hanc eiusque hæredes contingat defice-
 re, vt tum tertio genita filia eiusque hæredes, h. e, Bipontini, &
 sic deinceps succedant: Accurata & vtrobiique iusta hæc est pa-
 terna dispositio, siue priora iura Maioratus & Vnionis, siue pa-
 triam potestatem spectes. Parentibus enim arbitrium diuiden-
 dæ hæreditatis inter liberos adimendum non est, *inquit Imp. in l.*
 8. C. de inoffic. testam. adeò vt qualis qualis eorum voluntas, quam
 testamento non immutarunt, inter liberos ius faciat. *l. hac con-*
sultissima. §. ex imperfecto. Ibiq; Dd. C. de testam. Cui, propter re-
 uerentiam paternam & obsequium, contrauenire iura nefas esse
 putant, etiam in casu quando unius liberorum minus quam alteri
 est attributum. *l. quoties. C. fam. herciso.* Et talis paternæ volunta-
 ti & dispositioni si pactum, si consensus, si subscriptio, si sigillatio
 ex parte liberorum accedit, yniuersum negotium incidit in sy-
 nallagma; seu certam obligationis speciem, contractum scilicet,
 cuius sicut ab initio potestas est habendi, vel non habendi, sic re-
 nunciare constituta semel obligationi non licet. Dum enim a-
 lijs consentimus, iura nostra perdimus, & aliena fortificamus, *l.*
 26. C. de administr. tut. Warauff dann in facto vnuerneinlich wahr/
 das die zweyte vnd dritte Tochter / vnd deren Herren Ehegemahlen/
 seitgedachte Vatterliche disposition/in ihren partis dotalibus, so alle
 nach den ersten Preussischen Eheparten seynd formirte worden / Con-
 tracteweis beliebet / vnd mit Fürstlichen Händen unterschrieben / ja
 auch durch der Chur: vnd Fürstlichen darzugezogenen Beystandts
 Freunden subscriptiones, alles nach aufweissung der Originalen be-
 stettigt; & Neoburgus quoque sacris nuptialibus Bipontinici in-
 terfuit cum intelligentia & sine contradictione; quinimò in ijs-
 dem,

Dem pacta sua dotalia iterato confirmauit, cuius generis actus
 maximæ importantiæ & effectus de iure esse solent. *Vulgat.* l. ba-
 lista, ibid, *Dd. ff. ad SC. Trebell.* Nimis ergo graue esset tantam con-
 tractus, & geminati assensus fidem fallere. l. 1. ff. *de pact.* l. 1. ff. *de*
constit. pecun. quam cum omnibus, tum verò Principibus invio-
 labilem esse oportet, utpote quod ijs Pilati verbum, *quod scripsi,*
scripsi, conueniat, quodque ex lege conuentionis, ad instar pri-
 uatorum, velint nolint, teneantur. At verò terræ Ducis Wil-
 helmi erant tunc; & nunc sunt feuda imperij; in feudis autem
 cessat omnis vasalli dispositio, quantumuis sit testamentaria. l.
fend. 8. ne ordo succedendi, qui non ex dispositione vasalli, sed ex
 inuestitura prima estimari solet, conturbetur aut immutetur:
 quod si ita est, præacta dispositio paterna pro infecta habebitur.
 l. *non dubium.* C. *de ll. Resp.* Non omnis vasalli dispositio in feudis
 cessat, modò fiat inter vocatos in prima inuestitura, *sic tenet com-*
munis feudistarum schola. Ifern. 2. *feud.* 39. *Dec. conf.* 395. *Menoch.*
conf. 104. *vol.* 1. & *passim omnes.* Quo casu ordo succedendi tan-
 tum abest quod mutetur, ut potius dispositione confirmetur,
 cum illa sit non contra, sed iuxta primam inuestitaram, adeò ut
 hinc pater vasallus de feudo, etiam ex pacto & prouidentia anti-
 quo, ius disponendi inter liberos habeat, *Ifern.* *Aluar.* & *Præpos.*
in c. 1. de prohibit. feud. alien. per Frid. quod totum tantò minus ha-
 bet dubij, si consensus domini accedit. l. *in remandat.* C. *mandat.*
 Talis autem tota est Ducis Wilhelmi, patris vasalli inter filias, ut
 pote vigore præacti priuilegij Carolini, in prima inuestitura vo-
 catas, dispositio, cui & ipsius domini feudi accessit consensus &
 confirmatio, si modò hoc est confirmare, & vim legis dare, quod
 Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens de plano, interlocutus est, l. 1. ff. *de constit. princip.* Post-
 quām enim Baro de Winnenberg ex nuptijs Borufficis ad aulam
 legatus reversus fuisset, & de pactis earundem Imperat. Ma-
 ximiliano felicissimæ recordationis, retulisset, Imperator Prin-
 cipi, eiusque illustribus liberis gratulatus scribit, (*extat in epistola*
archivio Inliac.) placere sibi pacta nuptialia, cum oblatione ulte-
 riùs ea confirmandi, si opus.

At

9

At verò in iure ciuili quoque hoc idem genus pacti, ut fit
lia dote contenta, aliud ex hereditate paterna non speret, nec ad eam re-
gressum habeat, disertè improbatum est, l. fin. ff. de suis & legit. hered.
l. 3. C. de collar. Quo iure vt pacto non datur, sic non admittitur her-
editas, vnde videtur consequens, si omnes actus legitimis requiri-
runt potestatem iuris, & facti simul, Ducem Wilhelmum suis
pactis dotalibus secundo, tertio & quarto genitis filiabus ius
successionis mutare non potuisse. Dagegen ist zu wissen / daß
die jchige Rechte viel Absall vnd exceptiones haben / die jederzeit
den general Rechten vorzuziehen (hoc potissimum habetur, quod
ad speciem directum est) nemlich vnder andern ist diese / vt hu-
iusmodi pactum de non succedendo, teneat omnino, si dos
competens, h. e. non minor legitimâ filiae à patre sit assignata,
d. l. 8. C. de inoffic. testament. & pater viuis tantum ipsi contulit,
quantum satis est; tum enim ne iudicium eius inquietet, dolii ex-
ceptione repellitur. libr. 1. §. 3. ff. si à parent. man. Secundo,
si filia tali pacto consenserit, voluntatemque adhibuerit. l. fin.
ibi: nisi ipse. C. de pactis. Vtraque exceptio in Neoburgo vera
est, dotem vtique competentem accepit assignatam, sin mi-
nus, agit saluâ dispositione paternâ, ad dotis supplementum
ordinatio remedio, condicione sc. ex l. omnimodo C. de inoffic.
testament. Pacto etiam tali consensit, idque iurato credo. (ut
merito contra eum locus sit capitulo quamvis. de pactis. in 6.) Vel facta
promissione de renunciando, quo casu est ex stipulatu actio, vel
ex moribus aduersus eum conductio.

Zu dem allem seind doch solche Vorwörten vnd gedinge / daß die
Töchter mit einem bestimmten Pfennig / oder sicherer Erbschaffe
ausbestadt / vnd dardurch von den Erbsällen der Väterlichen Güt-
ter (modò ad id consenserint) aufgeschlossen seyn sollē / als ein loblich
herbracht gewonheit / den Fürstenthumb Gülich vnd Berg / in der
Ordnung sub titulo, Von Heurath's Beschreibung / durch Kaiser-
liche Majestet allergnädigst approbirt. Daher desto weniger die
Preussische Ehe pacta oder Väterliche dispositiones, als in hoc
passu solchem iuri patrio consuetudinario gemeß / können impu-
gniret werden. Princeps enim consuetudine suorum subditorum,

B

non

non minus quam iure communiligatur, & eain suo territorio
uti debet. l. 4. C. de ll. l. omnes populi. ff. eod. Bouer. sing. & statu-
tum num. 5.

So bleibts dann endlich dabe / daß Weyland Herzog Wilhelm
hochseligen Andenkens / sein Land vnd Leut auff die Elteste Tochter
vnd Ihre Erbin / zu constituation des Bralten Gulischen Majorat:
vnd Unions Rechtes / hat transfriren vnd bringen mögn / von
Rechtswegen / vnd das derhaaben solche disposition in kein Weg Rech-
tes könne durchlöchert oder impugniert werden. Evidem ut mens
eius, sic & verba ibi clara sunt, vt in iis disputatione vel coniectu-
ris planè opus non sit. l. ille aut ille. ff. delegat. 3. Hat Filia primo-
genita den Fall deficients masculinæ næ nicht erlebt / in dem das
Ihr in Gott ruhende Fürstl. Gn. vor dem Herren Bruder seiligen
Todes versfahren / so ist dannoç Ihre Anwartung oder spes succe-
sionis à iure & à patre ordinata, Vermög kündigen repræsentan-
tion Recht na/ quod & in feudis locum habet, auff Ihre Elteste
Tochter/ jetzige Frau Churfürstin / ohn allen zweifel transferirt, ja
continuirt, adeò sui hæredis locus ne punctum quidem tempo-
ris vacasse intelligitur. l. insuis. ff. de liber. & posth. Als das dieselbe
post purificatam conditionem der Fall / nunmehr des Herren Alt-
vatters einzige Erbin ist/ uti stirps natu maioris, stirpem natu minorum exc'udens. Aio enim plures primogenitæ, vel primo-
geniti, nec plures sui hæredes esse possunt, cum successio harum
terrarum neq; communionem, neq; diuisionem, vt patet supra,
admitiat, vt in ea verè 'ocus sit regulæ: Vni du pro solidohæ-
des esse non possunt. l. 141. de reg. iur.

Auch jetzt an diesem allen/ wie obstehet / das Rans. privilegium
succ'storium garnichts / dann Herzog Wilhelm Hochseligen An-
denkens / hat dasselbig nicht zu dem End aufzehbracht / das damit
das ius Majoratu & Unionis, so von Seiner F. G. Vo fahren intro-
ducirt vnd auffgesetzet, soll auffgehebts. n. / sondern nur das in ca-
su deficientium masculorum die deuo'utio ad filias de stomehr f. ey
vnd undisputirlich gemacht wurde / & talis intentio patet inde, quod
Unionem, & consequenter ei annexum ius Majoratus, à Cæsa-
ribus de post petierit, & desuper dispositionem suam fundae-
rit,

rit, daß all s vergebens laborirt wer / wann vermög Wörtlichen In-
halts des priuilegij, die successio in partes geschehen solte / welches
nicht zu vermuthen / weniger von Ihme Herzog Wilhelm gemeine-
worden. Sed quid? si Neoburgus super hoc priuilegio solus
se fundet, ius Maioratus & Vnionem sibi soli, tanquam primo-
genito masculo applicando , exc'usis cæteris omnibus , pro-
pter verba : *Oder wo derselben (Tochtere) kein dazumahl (sc. in
defectu masculinæ lineæ) im Leben weren / vnd aber von einer oder
mehr Ehelich geboren Leibs Erben vorhanden / daß alsdann auff die-
selbe Seinen L. Tochter nachgelassene Männlichen Leibs Eiben / o
derselben zeit im Leben sind/ (die Landen) fallen sc̄llen.* Hic breui-
ter & solidè resp. Priuileg j successorij, in parte qua disponit,
duos esse terminos seu capita, 1. Vt deficientibus masculis filiæ, 2. Vt filiabus deficientibus earum liberi, h. e. nepotes &
neptes Wilhelmi Ducis succedant , & qualiter. Iam verba re-
censita euidentissimè pertinent ad caput secundum , quod
non aliter quam cum suo modificato : *Wo derselben dazumahl
keine im Leben waren / accipias necesse est , h. e. tum demum in
successione nepotum & neptium , omisso iure Maioratus , ma-
sculum præferendum , si nepotes & neptes soli sine materteris
inter se concurrunt , & talem casum hodiè non habemus , vi-
uunt enim adhuc tres materteræ . Ergo pessimè & im-
peritè nimis talis modificata dispositio Cæsarlis , in casu se-
cundo , trahitur ad præsentem successionis casum primum ; cum
dispositio quælibet certo modo , & ad certum casum limitata , ex-
tra illum casum non debeat sortiri effectum . l. 1. 2. 3. C. de donat.
que sub modo . & Dd. comm.*

Nec est quod instetur , masculorum in materia feudalí sem-
per meliorem & potiorem conditionem esse , quam fœmina-
rum . Hoc enim verum est , nisi aliter , (vthic) sit conuentum
vel dispositum : utique in stipulationibus , & cæteris omnibus
contractibus id sequimur , quod actum est , & pacta legales de-
struunt . l. 1. §. 6 ff. depos.


*Gesetz demnach nicht aber gestanden / daß Pr. Neoburgus si-
nig ius quæsิตum auf offigedachtem successorio Priuilegio a part*

formalisiren kōndte/ so hat doch dessen/ so viel es ist / Ihre Fürstl. Gn.
 sich begeben / in deme daß sie contratiam dispositionem paternam
 obangedeuter massen/ per viam contractus angenommen/ vnd Ihrem
 fauori pro se introducto gleichsam / oder reuera renunciirt, quod
 vn' cuique est licitum, vt renuncianti non detur regressus. l. pen.
 C. de p̄ct. adeò vt paciscendo conditionem nostram in ijs, quæ
 non publicam læsionem, sed rem familiarem respiciunt, dete-
 riorem facere impunè possimus, l. 7. §. 1. ff. eod. Ihre Fürstl. Gn.
 aber/ haben tempore nuptiarum suarum dñs priuilegij successorij,
 daß darin die Succession den Tochtern auff die Fall bengelge seye/ kein
 wissenschaft gehabt/ ut hoc scriptis proditum est, ergo ingnoranti ni-
 hil imputandum. Respon. Reuera talem ignorantiam oportuit
 Dicis Wilhelmi culpā, ne quid dicam grauius, euenisce. Ob nun
 ein solches vermutlich/ daß Hochged. Herzog / so in zeit seiner Regie-
 rung / wegen Fürstlichen läblichen verhaltens im H. Reich gnugsam
 bekent/ in dem hochwichtigen Heurathowerck/ so Sein Fürst. Gn. mit
 Rath Räys. Mayest. gehandelt/ vnd mit Vnderhandlung vnn und belie-
 ben Ihrer selbst Räthe/ auf wolbedachtem Ruth beschlossen/ sich einer
 solcher insimulat/ vnbilligkeit vnd gefährlicher verheelung vnder seinen
 eigenen Kinderen solle gebrauchet/ vnd sein deposition vnd ansehnliche
 Ehe pacta, auff bawfällige Gründe gegründet haben/ ob das alles/ sag-
 ich/ wol vermutlich seyn könne/ apud cordatiorem quemque esto
 iudicium. Quinimo illa iuris & de iure est præsumptio, patrem
 nunquam dolosè cum liberis agete, aut eos decipere velle, sed
 semper consilium pro ijs capere. l. nec ea. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult.
 idque propter affectionis caussam, quæ omnem suspicionem
 fraudis cessare facit. l. 67. §. 1. ff. derit. nupt. propterque amorem
 paternum, quem iura tam vehementer credunt, vt nullus a-
 mor alias sit, qui eum vincat. l. fin. in princ. C. de curat. furios. Huic
 igitur fortissimæ præsumptioni tantisper standum est, & secun-
 dum illam Serenissimus Elector se conformat, donec contra-
 rium, iuramento fortè suppletorio, probetur. Non enim illa,
 quæ in conscientia nostra consistunt, aliter probari possunt. cap.
 nulli. de elect. Et ibi Canonistæ in 6. Resp. Imò in tam arduis caufis,
 qualis est hæc, huiusmodi suppletorijs iuramentis locus non est.

Ita

Ita notant gloss. & Panorm. in c. mutieri. extr. de Inreiurand. Alex. in
 conf. quoniam abund. 143. volum. 2. Zaf. conf. Casus talis. 3. libr. 2.
 & Dd. comm. in l. admonendi. ff. eod. Quid ergo seruetur illud:
 Non deteges pudenda parentum tuorum, & (ut pro Serenissimo Ele-
 ctore discursum concludam) fiat decisio huius successionis iuxta
 ius Maioratus, Unionem, & Paetia dotalia, seu Paternam dispo-
 sitionem; ceteris vero filiab. (inter quas, si in hoc punto succes-
 sionis cum Serenissimo Electore considerentur, respectu eius,
 nihil omnino est differentiae) fiat solutio secundum obli-
 gationis modum, in pecunia seu precio, quo
 res omnes estimantur. l. 1. ff.
 de contrah. empt.

F I N I S.





DISCURSUS VERE
IURIDICVS
DE SVCCESIONE IULIACEN-
SI, OPPPOSITVS DISCURSVI
vtcunque Iuridico.



ON ita pridem prodiit in lucem Discursus quidam de Successione Iuliacensi compositus, cuius auctor cùm eum Iuridicum verè appellare non posset, vtcunque Iuridicum nominauit, vt potè contra Iuris recepti & visitati regulas & normam conscriptum: Nam vt tantum euincat eius auctor, prædictam successionem E'ectori Brandenburg'co, vxoris nomine, in solidum deberi: omnia Iuris cùm naturalis, tamen ciuilis præcepta atque axiomata negligit: Alteri adimit, quod alteri tribuat: Alterum offendit, vt apud alterum gratiam ineat: Ius nouum: ius in Sacro Romano Imperio nūquam recepum: Ius Germanis Princi'ibus incognitum, sed potius per contrariam consuetudinem reiectum, & semper pro iniquo habitum: Ius, inquam, Maioratus hic attendendum afferit: Quin imò Fœm nam ipso iure feudi incapacem, ad feudalem successiōnem æquè ac Allodialem admittit; Et non solùm admittit, sed etiam Materteris, licet nominatim ex gratia Cæsarea vocatis, &, quod plus est, proxim'oribus; licet ipsa minimè vocata, atque etiam remotior sit, præfert. Denique non solùm Materteris, sed etiam contra iuris feudal'is principia, ipsarum masculis heredibus anteponit: Ius (rurus dico) Maioratus tale statuit, quod non

non particulam duntaxat aliquam præcipiat, sed totum hereditatis assem absorbeat: Interim successionē allodialem cum feudali confundit: Possidere, & in possessione esse æquiparat: Ex vniione Principum & subditorum, personalem contra omnem rationem vniōnem, Terrarum & Iurisdictionum realem fingit: Paetis & conuentis Principum, atque etiam gratiis & priuilegiis Imperatorum alium sensum atque intellectum, quam paciscentes & concedentes voluerunt, aut vñquam etiam cogitārunt, adscribit: Dominis harum Terrarum, contra expressa Maiorum placita, Decreta & priuilegia, liberam alienandi suos Ducatus & subditos potestatem, absque Ordinum, atque etiam, quatenus sunt feudales, Imperatoris consentia & approbatione concedit: Exterarum gentium & populorum consuetudines Legibus & Moribus Romani Imperii præponit: Statuta noua, & suæ causæ seruientia, pro arbitrio cudit: Imò Principes & Dominos ipsos subdotorum suorum statutis & moribus subiicit: Ex pactis & priuilegiis diuersis & compatibibus, contra doctrinam Logicorum, aduersa & incompatibilia efficit: Separationem & distinctionem Ducatum, diuisionem & mutilationem, quin imò destructionem eorum appellat: Principum & priuatorum pacta & contractus pari iure astimat: Heredis vocabulum in materia feudal ad fœminam extendit: Renunciations conditionales pro puris habet: sub iisdem complectitur, de quo nihil est actum, ac ne cogitatum quidem.

Sed vt lectorem ad assentiendum h's, & pluribus aliis iuris Paradoxis commoueat in præfatione, p. imū ex comprehendio & breuitate scripti eius benevolentiam captat, sed frustra: quia Iuris Consulti veteres, in suis Responsis, non tam breuitatem, quam veritatem orationis spectarunt: Nunc quidem paucis, nunc verò pluribus, verbis, prout negotii, de quo agebatur, ratio & necessitas postu' abat, vtentes: Id quod etiam Neoterici doctiores & probatores ferè imitantur.

Deinde ex forma Methodi nimitum analyticā benevolentiam aucupatur, quam in scriptis Iuris Consultorum ipse arbitratur optimam; sed itidem frustra; quia statum contiouertit:

non.

in nondistinctè, non plenè, non iuridicè, proponit, sed confusè, sed
mutilatè; sed informitet: id quod ad veram methodum minimè
est accommodatum.

Tertiam causam ex eo sumit, quòd se præstitisse asserit in
decidendo Boni Viri officium; Sed rursus frustrà: quia res ipsa
loquitur, quòd hac in parte magis fauorem & gratiam potentio-
ris, nimirū Domus Brandenburgicæ, quam vel iustitiam vel
æquitatem causæ; magis spem priuati commodi, quam eius, qui
bono iure nititur, emolumentum respexerit: quod certè vir bo-
nus nec vñquam fecit, nec vñquam faciet; Vtpotè qui Consulta
Patrum, qui Leges Iuraque feruat, vt testatur Horatius lib. 1. E-
piſt. ad Quint: Vnde & rectè scriptis Alexander Conf. 33. n. 3. lib. 1.
Boni viri esse, in quacunque causa charitatem & æquitatem spe-
ctare; Et secundum Decium, tanta esse debet in Bono Viro
æ-
quitas & iustitia, vt in re aliena id agat, quod in re propria præ-
staret, l. in personam, §. 1. ff. de R. I.

Quæ singula vti se habeant, agè per partes penitus inspi-
ciamus; Et quidem de veritate vel falsitate huius decisionis satis
constabit, vbi benevolus Lector, vtriusque partis fundamenta
& argumenta plenè cognoverit, & inter se diligenter contulerit.

Ad Methodum verò quod attinet, non ignorauit Auct. postremum Ducem Iuliæ, Cliuiæ, & Montium, Iohannem Wilhel-
mum, felicis recordationis, de cuius successione quæritur, eiuc-
cmodi hereditatem post se reliquisse, quæ simul & allodialia &
feudalia bona complectitur, & quidem feuda amplissima, Feu-
da, inquam, Regalia & dignitatum, à Sacro Sancto Imperio de-
pendentia: Cum igitur inter successionem feudalem & allodia-
lem longè maxima sit differentia, in proponenda facti specie, se-
cundum leges Logicas, vtique distinctione vti debuit, non di-
uersas hasce successionis species coniungere, vel potius confun-
dere. Non ignorauit præterea, quatuor esse Ducas, non duas
tantum, de hachereditate principaliter contendentes, nimirū
sorores tres, Annam Neoburgicam, Magdalena Bipontinam,
& Sibyllam Burgouensem, Itemque Annam, Serenissimi Ele-
ctoris

Etoris Brandenburgensis coniugem, sororis Mariæ Leonoreiam
pridem defunctæ filiam.

Itaque hypothesin ad omnes pariter, non ad duas tantum
accommodare debuit; quasi vero reliquæ duæ hoc litis consor-
tio non contineretur. Vnde manifestè apparet, Auctorem (quod
iam anteà dixi) contra regulas methodi, imò contra officium Bo-
ni viri & sacerdotis iustitiae, statum controuersiæ non distinetè,
non plenè, non iuridice, sed confusè, mutilatè, & informiter
proposuisse: Imò statim ab initio sororibus iunioribus sine vlla
causa spem omnem successionis per præiudicium ademisse.

Quod enim de possessione Brandenburgensi & Neobur-
gensi adfert, non est tanti momenti, ut prædicti sororibus iunio-
ribus vllum præiudicium, ne quidem in possessorio afferre pos-
sit, iis ex causis, quas hoc loco in specie exprimere nihil attinet.
Imprimis autem, quod apud Iuris Consultos aliud est possidere:
aliud in possessione esse, & illud quidem in iure, hoc vero in fa-
cto coniūtit.

Sed perpendamus porro, An auctor etiam in iis, quæ se-
quuntur, boni viri officium præstiterit. Sanè satis confidenter,
successionem prædictam Electori Brandenburgico nomine uxo-
ris in solidum deberi, pronunciat.

Sed per quas rationes? Tres, inquit: Nam & ius Maioratus
seu primogenituræ, & pactum Vnionis, & Conuentiones dota-
litæ hoc exigunt: Aliud non permittunt; adiiciens, nullum esse
dubium, quin successiones tam Cliuenſes, quam Iuliacenses,
Iuri Maioratus subiaceant, hoc est, primogenito, vel eius linea
deficiente, Primogenitæ deferantur; Audio: sed nihil aliud quam
Problema & præsuppositum, in ipsius auctoris cerebro factum
atque excogitatum.

Probationes cedò; Postquam enim (ait) Anno &c. 1494.
occasione nuptiarum Mariæ Iuliacensis, & Iohannis Cliuenſis,
vtræque Terræ ex pacto Principum cum subditis cœperunt vni-
ri & indiuisibiles esse, hoc ius simul est illatum: vt potè sine quo
eorum vnio nec conseruari, nec ad posteritatem transmitti po-

terat, quippe quod ita natura comparatum sit, ut Totum diuidendo pereat; Hactenus discursus vtcunque Iuridicus.

Primum velim scire, An auctor huius scripti, literas super hac unionem confectas, vel earum exemplum, unquam viderit; si vidit & legit, iterum ab officio boni viri deflexit, quod sensum & intellectum aliter, quam verba sonant, detorquet; si non vidiit, notam temeritatis non potest effugere, quod de non benè comperta certi aliquid adseuerat. Atque Auctoriibus huius unionis, nimirum Wilhelmo & Iohanni, Iuliæ & Cliviæ Ducibus, socero & genero, nunquam in mentem venit. Terras suas vnire, & indiuisibiles facere, sed potius fœdus perpetuum & hereditarium pro te & suis subditis inire, vel potius iam dudum à Maioribus suis initum, & semper inuiolabiliter custoditum renouare.

At in quem finem? ut cum Domini & possessores, tum subditi & incolæ, eorumque omnium heredes & posteri, & in perpetuum inter se pacem, amicitiam & concordiam colerent, iis pactis & conditionibus, quæ utrique partitum visæ sunt & necessariæ & vtiles.

Videat Lector ex adiuncta copia, saltem initium, medium & finem istarum literarum (integras enim edere nimis longum foret, & tedium pareret.) Aliam mentem, aliam contrahentium voluntatem vel intentionem non fuisse, manifeste intelligat: Auctentoris huius interpretationem fictitiam & falsam esse deprehendet. An non magna est peruersitas, vel potius insania, ex unione Principum, eorumque ordinum, statuum, ciuitatum, & subditorum unionem, & quasi conglutinationem plurium Ducatum & Comitatum, hoc est, ex pluribus destrutis & corruptis vnum idemque indiuisibile corpus velle efficere? Idque contra expressum contrahentium finem & scopum, qui sanè luce mediana clarius ex eo apparet: quod auctores unionis seu confederationis istius disertis verbis vniuscuiusque Ducatus & Comitatus Regalia priuilegia, immunitates, officia, leges, statuta, conuentus, sigilla, iura, dominia, atque omnia ex his dependentia, nihilominus in perpetuum voluerunt esse salva, illæsa, integra, se separata & distincta.

Et

E longè manifestius hoc ipsum euincit, quod vterque Dux, non obstante istâ vnione, suos respectatiuē Ducatus & Comitatus ab Anno 1496. vsq[ue] ad annum 1511. (quo Dux Wilhelmus vitam cum morte commutauit) seorsim, vt anteā semper, possebat atque administravit.

Imò quod & sequentes Principes, parens nimirum & filius, dum vixerunt, Iuliacensem & Cliuensem Ducatum, & Archiuis: & Cancellariis: & officiis: & dignitatibus: & Comitiis prouincialibus: & denique rebus omnibus aliis semper distinxerunt: quæ separatio & distinctio etiam hodiè adhuc durat, vt vulgo notum est.

Idem voluit Dux Iohannes Cliensis, cùm in Anno 1526. filiam suam Sibyllam primogenitam, Iohanni Friderico, Duci Saxoniæ elocaret, vt eius matrimonij pacta dotalia testantur; Cur igitur non licuisset Duci Wilhelmo, in desponsatione filiæ suæ primogenitæ, Mariæ Leonoræ, Ducissæ Prussiæ, eodem iure uti?

Respondeo, Wilhelnum Iuliacensem, primogenitam suam filiam reliquis iunioribus, si quas ipsi postea nasci contigisset (quod tamen non est factum) prætulisse, non vi vnionis, aut quod ex recepto iure Maioratus ad hoc teneretur (id quod auctor huius scripti, vt indubitatum, asserit, falsum tamen esse constat, quod vno ipsa neque expresse, neque tacite hoc exigat) sed quia ipsi tum ita placuit, non quidem ex necessitate, sed ex libera prorsus voluntate.

Quod etiam Iohannes Cliensis, Wilhelmi filius, in elocatione filiæ Sibyllæ, Anno 1526, est imitatus, non tamen per vniōnem, vel ius Maioratus compulsus, quām Electoris Saxoniæ hortatu & persuasione ad hoc inductus: quo euentu ea, quæ postea fecuta sunt, satis superque demonstrant.

Sed forte replicabit Auctor: quo igitur iure, & quā conscientiā modernæ sorores Iuliacenses & Clienses, iuniores infringere, aut repugnare audebunt, quod parenti ipsarum communi, Wilhelmo Iuliensi, iuxta pacta Prutenica, in filia sua primogenita, Maria Leonora, eodem modo placuit?

Dieam quod res est: duo aut plures cum faciunt idem, non esse idem: sed quid ita? Multæ sunt diuersitatis rationes, sed una præcipua: quod Wilhelmo Iuliacensi seniori sic visum fuit, eo & non alio tenore, ut scilicet saltem vna, & quidem primogenita filia, vniuersaliter succederet, reliquæ congruas saltem dotes acciperent, priuilegium successorum ab Imperatore Maximiliano primo Anno &c. 1508, petere & impetrare. Wilhelmo vero Nepoti magis placuit, omnes suas filias hac in parte æquales facere, & vnam akiis non anteponere: optimâ sanè ratione; quia & naturalis æquitas, & iuris ciuilis dispositio, atque etiam totius Germaniæ recepta consuetudo, hanc succedendi rationem non solum in priuatis personis, sed etiam in Ducibus & Comitibus (Regnis & terris Electoralibus solis exceptis) etiam in masculis haec tenus comprobauit; Cui etiam optimus Imperator Carolus Quintus, communis omnium auunculus, consensum suum luben præbuit; Fratris neptes, quas ex æquo omnes amauit, hac in parte in æquo iure constituens: Et quia prætensus iuridicus Discursus, hanc generalem totius Germaniæ consuetudinem ingenuè fatetur; probatione autem contrariae specialis, vel localis consuetudinis, quoad terras controueras, omnino destituitur, non video, quid iunioribus sororibus ultræ obiici possit, quod earum iustissimam petitionem quocunque modo infringere vel elidere possit.

Quod enim de Anglis, Bohemis, Polonis, Geldris (de quibus tamen nihil certi ausim affirmare) Belgis, Hispanis, & aliis populis in argumentum adducit, planè nihil ad rem facit: quia inter omnes constat, consuetudinem, cum sit stricti juris, maximè generali iuri vel consuetudini contrariam de loco ad locum, vel de casu ad casum, vel de re ad rem, vel de persona ad personam; multò minus de uno Imperio vel Regno ad aliud non extendi, *Dec: conf. 483. n. 22. Alex. conf. 68. n. 1. l. 2. eleganter Schrade-rus in Tract. feud. part. 10. sect. 20. 165. 166. & seqq.*

Atqui posito, non tamen concessio, ius maioratus seu primogenituræ, in his controuersis Terris inter masculos olim obseruatum fuisse: tamen quid hoc ad foeminas? maximè ad illum casum,,

casum, quo masculi omnes deficiunt, & fœminæ non ex iure proprio, sed ex gratia & priuilegio Romani Imperatoris, & quidem certo & definito modo, ad successionem veniunt: Quare si leat Discursus Brandenburgicus, cùm (ut alia pleraque) contra ius & officium boni viri asserit, ius maioratus etiam fœminis competere, quoties successio in suo genere est fœminea: Id enim in nostro casu, teste priuilegio successorio Carolino, omnium est fassimum; Atque hæc de prætenso iure maioratus seu primogenituræ breuiter, sed verè dicta sufficient.

Nunc ipsum Vnionis pactum, quod secundo loco præniusto scilicet fundamento Discursus iste posuit, pleniū examinemus.

De eo sic loquitur discurrens Iurista. Secundò, Serenissimus Elector habet pro se ius illud vniōnis (malè priuilegium dixeris) die vñionis vñionis vñionis / quæ Principes cum subditis (ut ab initio dixi) erexerunt: Non enim Principes cum subditis vñionem, de qua agitur, sed inter se, & quidem pro heredibus & successoribus, nec Ordinibus & subditis suis in perpetuum erexerunt; cui subsecutæ trium Cæsarum confirmationes nihil noui tribuerunt: multò minus priuilegio successorio Carolino quicq[ue] in derogârunt; Quod eiusmodi est, ut Vnionis pactum non mutet, non tollat, sed in perpetuum robur & vires suas retinere patiatur; siue masculi has terras possideant & administrent (ut haec tenus) siue ad fœminas successio deuoluatur (: ut ex peculiari gratia nunc accidit:)

Errat igitur Auctor huius scripti, sicut & omnes alij, toto cœlo, qui priuilegium Carolinum, & pactum Vnionis simul stare posse negant, sed tanquam ex diametro contraria sibi inuicem opponunt: quia Vnionis pactum, quemcunque successorem, siue fœminini, siue masculini sexus, ad obseruantia adstringitatque obligat: Alioquin Imperatores Ferdinandus & Maximilianus vtrumque uno eodemque die non confirmassent; seu, quod idem est, res sibi inuicem contrarias simul mandassent: quod planè est absurdum.

Rectè autem hoc loco Discursus Brandenburgicus omina-

C 3 tur,

itur, Vnione in hoc sensu, quo ipse vult, sublatâ, successionem ad causam intestati (quod de bonis allodialibus intelligo) necessario venturam: & singulas sorores superfites etiam in feudis æquales portiones de iure ablaturas: quod & verum est, & priuilegio successorio Carolino omnino consonans.

Restat tertium & ultimum fundamentum, nimirum pactum dotale, à Neoburgo & Bipontino Ducibus plus quam semel ratum habitum & comprobatum, atque adeò in contractum & synallagma redactum: quam paternam dispositionem (vt Author existimat) valde accuratam & iustam, siue iura maioratus & Unionis, siue patriam potestatem speches, filię sine nota impietas infringere aut impugnare non possunt; cum parentibus arbitrium diuidendæ hereditatis inter liberos non sit adimendum, & omnino æquitas postulet, vt eiusmodi pacta inviolabiliter custodiantur, secundum Pilati verbum, quod scripsi, scripsi. Rectè ædepol; si eadem mercatoris forte Colonicis, vel alterius cuiusquam priuati aut rustici; & Principis Imperij, Principis, inquam, Iuliacensis, Cliuensis, & Montensis esset ratio: Nunc vero cum omnis actus mensurandus sit secundum personarum, rei & reliquarum circumstantiarum qualitatem, naturam & conditionem, vereor, ne parum nostræ causæ inserviant, quæ hoc loco Discursus Brandenburgicus ex iure priuatorum recitat.

Primo; Si personam respicias, scias, Domine discurrens, Duces Iuliæ, Cliuiæ & Montium nunquam solutos legibus, sed iureirando semper obstrictos fuisse, atque etiamnum esse, sua cuique prouincię à Maioribus accepta priuilegia sarta testa conferuare.

Secundo; Scias, eosdem non aliter, ac reliquos Principes, communibus Imperij legibus & constitutionibus teneri.

Tertio; Scias denique, his potestarem non esse, Tertio cuique ius suum legitimo modo quæsumum, paciscendo, aut disponendo vel auferre vel minuere; id quod ne Imperatori quidem ipsi permittitur.

His positis, dico, Ducibus Iuliæ & Montium, per priuilegia eorum terrarum non licere Ducatus suos cum suis pertinen-
tiis,

tuis, vel in totum, vel ex parte, quo cunque modo in alium transferre vel alienare: nisi habitis Comitijs Prouincialibus, communis omnium ordinum consensus & approbatio accedat: si dubitas, an ita sit, cum Ordines ipsi, tum Archiuia Ducalia testimoniū desuper prohibebunt, omni exceptione maius.

Hinc est, quod Wilhelmus Dux Iuliæ & Montium, Comes in Rauenspurg, cum filiam suam vnicam, Mariam impuberem adhuc, Anno 1496. Iohanni, Duci Cliuensi, & Comiti Marcano despondere veller, eâ lege, ut se sine filio mortuo, Ducatus sui & Comitatus ad filiam & generum, eorumque heredes masculos, hoc est, ab una familia in aliam deuoluenterentur, ab Ordinibus consensum & approbationem horum pactorum dotalium ante omnia impetrauit: Id quod tum subscriptiones, tum sigilla nomine Officialium, Equitum, Ciuitatum & subditorum, literis matrimonialibus appensa, manifeste testantur.

Imo vt notum faceret praedictus Dux Wilhelmus, quanti hac quidem in parte Ordinum suffragia aestimaret, nominatim cauit, ne Filia, mortuo fortè sine liberis genero secundas nuptias contraheret, nisi & Officiales, & Equites, & subditi in consilium adhibiti, eas ratas haberent: sin minus, homagium & obedientiam ipsi recusarent.

Hinc itidem est, quod Iohannes Dux Iuliæ, Cliuiæ & Montium, cum filiam suam Sibyllam, Iohanni Wilhelmo, Duci Saxonie, Anno 1526. nuptam daret, Ordines non aliter, quam saluis priuilegijs, & alijs quibusdam conditionibus, pacta dotalia rata habuerint: vt ex literis reuersalibus, à Domus Saxonice Advocato anno superiori publicè editis appareat.

Hinc rursus est, quod Wilhelmus, Dux Iuliæ, Cliuiæ & Montium, cum primogenitam suam filiam, Mariam Leonoram, Alberto Friderico, Duci Borusso, &c. Anno 1572. desponderet, nominatim se curaturum recipere, ut consensus & approbatio ordinum seu statuum primâ occasione sequeretur.

Quod tamen nec ipse, nec post eius obitum, vel filia vel gener præstitit. Quomodo poterunt igitur pacta Prutenica dotalitia, quibus tantopere Discursus Brandenburgicus nititur, de iure subsisteret?

subsistere? Certe cum pars integralis deficiat, totum actum corruere necesse est.

Hactenus de pacientibus vel disponentibus persona: De re autem, quæ in pactum seu dispositionem venit, quid sentendum?

Ea est, præter bona patrimonialia non pauca, non contemnenda, Ducatus tres: Comitatus duo: omnes & singuli amplissimi: maxima ex parte feudales, non allodiales: & quidem feuda masculina, non foeminina: feuda ex pacto & prouidentia in filiarum personis noua, non hereditaria: feuda non minora, sed maiora: feuda, inquam, dignitatum & Regalia: denique à Sacro Romano Imperio maxima ex parte dependentia.

Quid? an tu hæc omnia eodem iure æstimas, quo priuati aliquius domum? quo agrum? quo pratum? & quidem feudum, quo allodium? Dixi & probaui, ratione personæ pacta Prutenica, quatenus ius primogenituræ continent, de iure non subsistere, cum Dux Iuliæ & Montium, sine consensu Procerum (qui hic non appetet) potestatem Ducatus & terras suas transferendi in aliam familiam non habeat: Dicam nunc, ratione rei (cum sit feudalis, & quidem talis, ut modò memini) non magis valere: quia Imperatoris & Domini directi consensus deficiat. Quod autem auctor Discursus, in eius locum nobis Epistolam Cæsaris gratulatoriam, & oblationem, si opus sit vterioris confirmationis, substituere conatur, non est dignum, quod in considerationem veniat: Si domus Brandenburgica istam epistolam ad hoc sufficere iudicasset, non certè postea toties & tam instanter Cæsaream Maiestatem hac de re per legatos & literas interpellasset.

Videat, quæso, lector, quid in pactis Saxoniciis de hac ipsa re sit conuentum, vbi contrahentes sic loquuntur:

Wir Johannes / Herzog in Sachsen / Churf. etc.
Und Wir Johann Herzog zu Gleß. etc. Sollen vnd
wollen samptlich mit allem fleiß bey Röm. Kays. Mayst.
vñserm aller gnedigsten Herren / dadurch Ihre Kays.
Mayst.

Mayst. auff den fall/ ob wir benente Herzog vnnd Her-
zogin vnd Cleue/ etc. ohne Männliche Erben abgehen
würden/ daß alsdann ihre Mayst. Verwilligung darzu
geben wolten/ damit die Lande beyder gedachten Für-
sten/ Frewlin Sibyllen unserer Tochter/ vnd den Er-
ben/ so ihr Ed. mit unsers desß Churs. zu Sachsen Sohn
mit Götlicher hülff zeugen würden/ bleiben/ vnd daß
Kaiserliche begnadung vnd bestattung darüber erlangt
werde.

Annon hinc sufficienter appetet, D. Principes
contrahentes, Imperatoris approbationem & confirma-
tionem sibi omnino necessariam esse iudicasse, & quidem in
debita & conuenienti forma. Siquidem stylus Aulæ & Can-
cellariæ Cæsareæ non fert, confirmationem super negotio
tām illustri & arduo nudæ Epistolæ, quæ in alium finem scripta
est, obiter inserere: Constat Consiliariis Cæsareis: constat præ-
tereà multis aliis, hanc præcipuè causam petitioni Brandenburgi-
cæ obstitisse, quod ipsa M. Cæsarea confirmatione sua nollet,
atque etiam non posset reliquis sororibus iunioribus, contra Ca-
roli V. priuilegium successorium, vllum afferre præiudicium: &
meritò: cùm ne sic quidem conditionem suam meliorem redi-
didissent Brandenburgici; Si enim conuentio ipsa de iure non
valuit (sicut certè non valuit) quid potuit operari confirmatio?
ut potè quæ nihil noui dat vel tribuit?

Atqui non omnis (inquit Brandenburgicæ causæ defen-
sor) interdicta est Vasallo de re feudal dispositio vel pactio: ma-
ximè inter liberos, maximè inter eos, qui in prima inuestitura
sunt nominati.

Sit ita sanè. Sed tamen sine Domini consensu nihil agit,
qui de feudo disponit aut pacificatur, ac ne pater quidem, præfer-
tim de feudo (quale hoc nostrum est) ex pacto & prouidentia
nouo: De eo enim patrem inæqualiter inter liberos sine consen-
su Domini directi disponere posse, in terminis negat *Menochius*
cons. 161, vol. 2. Cui accedit *Hartmannus Pistoris à Seuseitz* *libr. 2.*

quest. 4. Mysing. resp. 3. dec. II. num. 33. & nouissime Rosenthal de-
feudis c. 7. concl. 7. num. 4. & 5. In primis si pater feudum habeat
ex gratia & beneficio concedentis, & nihil pro eo consequendo
de tuo erogauerit, Menoch. d. cons. 161. n. 11. Et vel maximè: quia
pater Wilhelmus, in hoc nostro casu, priuilegium successorium
magis contemplatione coniugis Mariæ Reginæ, Imperatoris
concedentis consanguineæ, quam sui ipsius respectu impetrata-
uit, ut verba proœmij & subsequentis dispositionis euidenter de-
monstrant.

Prorsus autem ineptum & impertinens est, quod patronus
Brandenburgicus, conuentiones Ducis Friderici Alberti dota-
litias, ex iure Iuliacensi statutario confirmare & fulcire conatur:
subiiciens, Principem consuetudine suorum subditorum non
minus quam iure communi ligari: Nam præterquam quod hæc
regula nullis legibus nititur: ex titulo von Heurahts Verschrei-
bungen (quem allegat) manifestissimè appetet: statutum hoc a-
liud non velle, quam ut harum terrarum filiæ nobiles, quam diu
fratres earum sunt superstites, coniuncta dote accepta, heredita-
tis paternæ & maternæ non sint capaces. Sed quid hoc ad no-
stram contiouersiam, quæ vertitur inter filias, non nobiles, sed
Principis, fratrem nullum, ac ne alium quidem consanguineum
in viuis habentes?

Si voluit facere boni viri officium Brandenburgicus Ad-
uocatus, non debuit anteriorem statuti partem recitare, poste-
riorem silentio præterire; quæ filiabus nobilibus, deficiente li-
neâ masculinâ, regressum ad omnem paternam & maternam
successionem libere (ut par est) permittit. Hereditates etiam col-
laterales (nisi nominatim in renunciationem venerunt) à supe-
riori regula disertis verbis (ut extractus ipsius statuti, Refutatio-
ni huic annexus, manifestè probat) excipit.

Quod certè notatu est dignissimum, & ad ius iuniorum
fororum corroborandum, firmissimum, cum filiabus Princi-
pum meritò licere debeat, quod filiabus nobilium ex statuto
permittitur.

Verum enim uero adhuc alia causa supereft, quæ facit, ut fi-
liæ

Iiæ Iuliacenses & Cliuenses, pæcta dotalia Prutenica pro nullis & inualidis habeant: quia scilicet se ad ptiuilegium successorum Caroli Quinti exprefsè referunt: quod tamen feudalem successionem omnibus filiabus promiscue & æqualiter defert: nec vlam ætatis rationem habet, & per consequens, id quod in vna parte adstruit, nimirùm ius primogeniture, in alterius parte per relationem rursus destruit.

Sed quicquid sit, filiæ tamen iuniores, aut certè earum legiti administratores, paternam dispositionem, & pæcta Prutenica rata habuerunt, fauoriique pro se ex priuilegio Carolino introducto (quod vnicuique licitum est) renunciarunt: quo igitur iure vel titulo illa ipsa pæcta nunc iniquitatis & nullitatis insimulabunt?

Respondeo cum distinctione: ac quidem ratihabitionem non nego, non inficiar: ea tamen conditione, ut sæpè dicta pæcta Borussica, quo ad vocabulum heredis, ex præfato priuilegio successorio Carolino (cuius in ijs relatiuè nominatim fit mentio) interpretationem accipient. Quippè cùm relatum cum omnibus suis qualitatibus Referenti inesse censeatur, *l. ass' et toto ff. de hered. instit. l. si ita scripsero. ff. de cond. & dem.* Adeò vt ex relato (si adslit) omnis explicatio petenda sit, vtpote ex radice & fundamento subsequentium dispositionum, *Paris. conf. 22. num. 10. vol. 1. VVe. semb. conf. 4. n. 77. latè Schraderus part. 5. c. 2. n. 31. & seqq. de feudis.*

Prætereà hæc interpretatio hoc in loco commodissimè fieri & potest & omnino debet, etiam ex iure communi feudali: quod heredum appellatione solos masculos complectitur c. 1. §. *hoc autem, de his, qui feud. dare possunt, c. 1. §. filia, de success. feud. &c. 1. de success. fratr. Schurpff. conf. 41. num. 8. cent. 1.*

Et ita in Camera Imperiali vnanimi calculo Dominorum determinatum & pronunciatum esse attestatur in terminis nostris Mynsing. *obs. 72. cent. 5.* Non enim heredis vocabulum, in feudal materia, qualitatem successionis & hereditatis significat, sed qualitatem successoris, inquit *Paris. conf. 65. n. 36. vol. 3. & Gail. obs. 149. n. 4. lib. 2.*

Sed quod porrò concludit patronus Brandenburgicus, Junio-

res sorores fauori suo, ex priuilegio Carolino sibi competenti: imò non solum paternæ & maternæ, sed in fauorem sororis primogenitæ, etiam fraternæ hereditati penitus renunciâsse: Id verò nullo iure sequitur, & per se manifestissime falsum est: Nā ius iurandum & renunciatio ad incogitata, & res alias, de quibus expressè actum non est, extendi non possunt, *l. fin. c. de non num. pec. c. veniens, de iure iurand. & utrobique glossa.* Cūm enim renunciationes sint stricti iuris, non venit in iis, nisi quod nominatim expressum & cautum, & de quo cogitatum est, *Mascardus de probationibus conclus. 1262. n. 6. cum conclus. seqq. Mysing. respons. 3. dec. 11. n. 69. & 70.*

Incogitatum autem id est, quo quis ignorat sibi competere, cui etiam nunquam renunciatum esse intelligitur.

Quod usque adeò verum esse dicit Wefemb. conf. 74. n. 60. vt etiam, qui dubitat, vtrum sibi ius competit vel non, haudquam ei renunciare videatur: quia dubitans comparatur ignorantis, per *l. fin. §. sed querebatur, vbi Bart. n. 2.* hoc singulariter notandum esse ait *Baldus, Cynus, & alij. c. defurtis.*

Negari autem non potest, sorores secundo & tertio genitas (quarto enim genita nunquam renunciare voluit) eo tempore, cūm renunciarent, contenta priuilegij Carolini ignorâsse. Id quod etiam Tertio genitam Ducissam Bipontinam mouit, vt, simul ac exemplum huius priuilegij ad eius manus peruenit, protestatione solenni coram Notario & testibus interposita, ea omnia, quæ isto priuilegio amplius continerentur, sibi & heredibus suis in euentum referuaret: Quæ protestatio siue reseruatio cūm emanauit, ad declarationem sensus varij & multipliciter intelligibilis, scilicet renunciationis petitæ & promissæ omnino relevans, & non negligenda est, secundum tradita à Const. Roggerio in tract. de protest. sect. Tertio videndum, n. 19.

Et quanquam cūm Neoburgica, tūm Bipontina renunciatio se ad interiorē Prutenicam conuentionem dotalitiam in specie referat: tamen relationes hæc non simpliciter, sed limitato modo factæ sunt, & tantum eum casum complectuntur, si contigerit, Ducissam Prussiæ primogenitam eo tempore, quo linea.

linea masculina per obitum fratris deficiat, adhuc superstitem esse, atq; ita fratri defuncto vniuersaliter succedere: quæ conditio cùm defecerit, siquidem soror primogenita ante fratrem vitam cum morte commutauit: necessariò sequitur, ipsas renunciations secundò & tertìo genitæ sororis omni prorsus effectu carere: cùm limitata causa etiam limitatum effectum pariat: & causa finita non possit producere effectum infinitum: sed sicut limitatur potentia causæ, ita etiam debet limitari effectus. *Gail. obs. 124. n. 6. l. 2.* & *in terminis Parisius conf. 69. n. 41. part. 3.* & *Natura conf. 78. infine.*

Aut si non prorsus omni effectu carent hæ renunciations, certè ex priuilegio successorio Carolino, tanquam fundamento & relato, omnino explicandæ & interpretandæ sunt. Denique & pacta dotalia, & renunciations iuniorum sororum non nisi de hereditate paterna & materna mentionem faciunt. Itaque successio feudal is priuilegiata, quæ ipsis non hereditario iure successionis, sed gratiofa Diui Imperatoris concessionē delata est, sub factis renunciationibus minimè continetur, tanquam in hereditate paterna & materna minimè inclusa: sed aliundè dependens, & filiabus proprio iure à Cæsaribus magis, quam à parentibus obueniens.

Quemadmodum neque ex verbis renunciationum, neque ex mente renunciantium aliud elici potest: Non ex verbis: quia appellatione hereditatis paternæ & maternæ, bona & iura alieni filiabus acquisita non veniunt, *VVes. conf. 74. n. 82.* & *Gail. obs. 154. n. 6. l. 2.* Non ex mente renunciantium: cùm filiæ renunciantes eo tempore ignorârint, in illis Imperii Ducatibus & feudis sibi ius aliquod ex priuilegio speciali competere: & sic partim ignorantia facti: partim errore iuris communis, ad renuncandum inductæ sunt istæ forores, quo fœminæ à feudis excluduntur, *VVes. d. conf. 74. n. 68.*

Quæ ignorantia vel ex eo satis appetet, quod in illarum renunciationibus nulla extat illius priuilegiatæ successionis mentio: ita vt verisimile sit, nihil de ea actum, nec certioratas eas fuisse super iure suo, sed dictum priuilegium eiusque contenta.

D. 3. istis.

istis filiab. occultata fuisse: quod omnino sufficere ad hoc, ne renunciatio obsteret, respondit VVesemb. d. cons. 74. & cons. 12.

Accedit: quod non quidem occultata à parente, præstansissimo & optimo Principe, sed ab iis, quorum ille fidei non solum sua omnia, sed & se ipsum credere tūm temporis pro valitudinis ratione necessum habuit: sic ut allegationes iuris hoc in loco ab Aduocato Brandenburgico adducte prorsus nihil ad rem faciant: Quartò genita filia, eam ipsam ob causam in villam renunciationem consentire noluit: quod vtique non fecisset, nisi de contentis priuilegijs Carolini sufficienter edocta, & aliatū sororum protestationibus satis de suo iure commonefacta fuisse.

Denique si opus sit, dicta ignorantia iuniorum filiarum iuramento probari poterit, gl. sing. in l. si cui. 7. §. iisdem, ad verbum doceatque ff. de accusat. l. 1. §. si quis argenti. ff. deposit. Panor. inc. presentium. num. 3. de Test. Nam quotiescumque pendet quid ab animo alicuius, ut nominatim scientia & ignorantia, toties in eo iuramento afferentis statur, ut latè confirmat Zasius in §. sed ista. n. 88. cum seqq. Inst. de Actionibus VVesemb. d. cons. 74. n. 76.

Ergo renunciations secundò & tertio genitæ filiæ, Electris Brandenburgicæ causam prorsus nihil iuvant: multò minus ius repræsentationis in feudali successione ei patrocinatur, per text. expressum in lib. 2. tit. 11. de grad succed. in feud. qui sic se habet: Ad filias verò seu neptes vel pronepotes: vel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi non pertinet: proles enim fœminini sexus, vel ex fœminino sexu descendens, ad huiusmodi successionem aspirare non potest: quæ verba tam clara sunt, ut nihil esse possit clarius.

Hinc planè falsum est, quod patronus Brandenburgicus de iure repræsentationis hoc loco afferit: Etsi enim vigore Aureæ Bullæ, in successionibus Electoralibus in directo limite ratione primogeniturae inter masculos repræsentatio locum habeat: tamen in cæteris Principum, Ducum & Comitum successionibus ius primogeniturae ne quidem inter masculos obtinet: multò minus inter fœminas.

Hinc tradit insignis ille iuris antecessor, Iacobus Cuiacius in d. tit.

d. tit. 11. de grad. succed. in feudo: Appellatione primogeniti non contineri primogenitam: quia hæc iura, quæ in nonnullis locis primogenito competit, familiæ conseruandæ causa competent, quam fœmina non propagat: Etenim familiæ suæ caput & finis. Itaque concludit, quod non debeant fœminis competere vlla iura primogenituræ. Et paulò antè sic loquitur: Ius repræsentationis hanc vim tantum habet, vt eo iure fretus, remotior in successione cum proximiōri concurrat, non etiam ut proximiorē prorsus excludat.

Quo igitur iure, quo titulo, Electorissa Brandenburgensis sibi assēm, tam in feudis quam in allodio vendicat? & quidem vtrumque iure repræsentationis?

Atquiūs repræsentationis in allodio tantum locum habet: ita tamen vt non totam hereditatem, sed partem duntaxat complectatur, per vulg. iura: In feudalibus verò hoc quidem casu neque proximitatis neque repræsentationis ratio habetur, sed ex tantum personæ succedunt, quas Diti Imperatoris Caroli gratia & priuilegium habiles & capaces fecit: Nimirum sorores, quæ deficiente linea masculina fuerunt superstites: ijsque omnibus defunctis, earum descendentes masculi: Ergo neque Dueissa Prussiæ: quia tum temporis non amplius fuit superstes: neque ipsius filia: neque ipsius nepos: quia vterbique habilitas & capacitas, ac qualitas, & conditio in ipso priuilegio requisita, deficit: Materteræ verò non solum sunt habiles & capaces, sed etiam gradu proximiores: atq; ita dupli ratione priores: quod in isto loco tradit Jacobus Cuiacius, latissimè suo more confirmat celeberrimus Iurisperitus, Andreas Tiraquellus in tractatu suo de iure primogen. quest. 10. n. 23. & seqq. Vndè consequens est, minime subsistere, quod Discursus Brandenburgicus de iure repræsentationis hoc loco in medium attulit.

Nunc videamus: an fortè Domina Electorissa statuto Iuliensi, Cluensi & Montensi iuuetur ea parte, quâ de successione liberorum nobilium disponit?

Nihil minus: Nam primùm non constat, etiam Principes & eorum liberos in successionibus eodem iure vti, quo sub ijs degentes:

gentes nobiles, quos quidem meliori conditione, quam alios pri-
uatos, sed tamen subditos esse constat.

Deinde etsi constaret: tamen statutum Iuliacense inten-
tioni Brandenburgicæ planè est contrarium. Hæc enim sola af-
sem vult auferre, & Materteras in totum excludere: Illud pri-
mogenito non totum afsem, sed saltem aliquid præcipui desti-
nat: nimirūm prærogatiua in habitatione eius familiæ prima-
ria, quam nos vulgo *Stamhaus* vocamus: si verò plures habita-
tiones in hereditate contineantur: secundam secundo, tertiam
tertio, quartam quarto assignat: Id quod etiam deficiente linea
masculinā inter plures sorores obseruari præcipit.

In reliquis omnibus rebus æqualiter fratres, & in defectu
masculorum sorores succedunt: Cæterū ista prærogatiua sal-
tem in ascendentī & descendenti linea locum habet, non in col-
laterali: Etenim in collateralium ordine, vt potè si de fratribus he-
reditate agatur, sicut hoc nostro casu, non solum afsem non au-
fert primogenitus vel primogenita, sed ne minimam quidem
rem loco præcipui: quæ omnia *In der Gülichischen Rechts und Re-
formations Ordnung cap. 93. von Erbtheilung* pluribus verbis con-
tinentur, ad quem locum lectorem remittere placuit: vt mani-
festè videat, neque ius commune, neque municipale, vlo modo
voto Dominæ Electricis patrocinari.

Et hæc quidem ad subuertenda Brandenburgicæ præten-
sionis fundamenta iuris maioratus, pacti Unionis, & conuentio-
nis dotalitiae breuiter sufficiant:

Superest, vt, quibus rationibus Anna, Ducissa Neoburgi-
ca, vt potè soror secundò genita in hac causa, cùm aduersus pri-
mogenitæ heredes, tūm etiam sorores suas iuniores nitatur, pau-
cis videamus, atque examinemus. Hæ autem sunt illæ ipsæ, in
quarum refutatione hactenus laborauimus: nam Neoburgen-
sis causæ patroni itidem, vt Brandenburgenses, primo loco in a-
ciem producunt ius maioratus seu primogenituræ: secundò pa-
ctum seu priuilegium unionis, & postremò conuentiōnem foro-
ris Bipontinæ dotalitiam, eiusdemque renunciationem. De qui-
bus ordine breuiter aliquid attingamus:

Ac

Ac primū quidem negant Neoburgenses, Dominæ Elec-
trici Brandenburgicæ vllum ius primogenituræ competere:
quod ipsius mater ante fratrem, postremum Ducem Iuliæ, obi-
rit: Et hoc in loco ius repræsentationis minimè locum habeat:
sed iuxta prædictas conuentiones dotalias ipsa soror Neobur-
gensis, vt potè inter superstites maior natu, in assem succedat:
cùm pactum vñionis toties ab Imperatoribus confirmatum, par-
titionem, vel diuisionem Terrarum non adiungat: Id quod et
iam parens communis (vt pacta dotalia testantur) fieri noluerit,
dum Iunioribus certum dotale augmentum, in pecunia nume-
rata, in hunc casum constituerit.

Hæc prætensionis Neoburgicæ summa est: quam sorores
iuniores, Magdalena, Duciſſa Bipontina, & Sibylla Marchionis-
ſa Burgouiensis, iisdem argumentis refutauit, quibus Branden-
burgicam iuri contrariam esse iam satis euincunt: quæ hoc loco
iterum sigillatim repetere prorsus fore superuacaneum, & nihil
aliud quam actum agere. Saltem hoc adiiciunt, se satis mirari
non posse, cùm Neoburgenses primogenitam sororem, quæ
diu vixit, eiusque pacta dotalia, tam vehementer semper oppu-
gnauerint, iisque & verbis, & literis priuatim & publicè vbique
contradixerint: imò ſolum priuilegium Carolinum pro regula
& norma huius ſucceſſionis, quo ad bona feudalia attinet, agno-
uerint & laudauerint, quid illis in mentem venerit, vt mortuā
ſorore primogenitā statim, quæ prius in ipsius persona iniusta,
iniqua, illegitima, imò concedentis & impetrantis voluntati &
intentioni planè contraria erant, ſubitò in ſecundò genitæ per-
ſona naturam ſuam mutarint, & ex iniustis facta ſint iusta, ex ini-
quis æqua, ex illegitimis legitima, imò concedentis & impetrant-
is menti maxime conſona.

Nempè humanæ imbecillitatis & infirmitatis conditio eos
ſic excœauit, vt inter iustum & iniustum, æquum & iniquum
discernere nequeant: multò minus cogitare, quæ indignum
ſit, id quod quisque ſuâ voce dilucidè protestatus eſt, id in eun-
dem casum infirmare, testimonioque proprio reſistere, vt Im-
perator Iustinus Theodoſo reſcripsit, l. generaliter 13. C. de non

num. pec. certè Parisius in cons. s. num. 200. vol. 4. notatu dignum censuit.

Quod verò Ducatus & Comitatus controuerſos indiuisi-
biles ſempet fuiffé, atque etiamnum eſſe, ac proindē vni tantūm
in ſolidum competere poſſe contendunt, tam falſum & vanum
eſt, vt refutatione vltiori minimè egeat: Neque verò quicquid
ad rem pertinet, multis inquirere, an hereditas hæc diuisionem
admittat: cùm plures in ea ſint iam diu atque etiamnum ſeparatę
& diſtinctę partes, nimirum Ducatus tres, Comitatus duo, Do-
minia non pauca, quām numerus heredum & ſuccellorum pa-
ſtulat: Sed de his ſuo loco & tempore fuſius. Nunc ratio inſtitu-
ti monet, vt finem huic refutationi imponamus.

Vbi prius breuiter attingam, quid ſentiendum ſit de primo-
genitæ filiæ debita portione in feudis, ſi, cùm frater moretetur,
adhuc in viuis fuiffet: Respondeo: etiamſi ius feudale velit, ſi
plures de vno eodemque feudo nouè inueſtititi fuerint, vno illo-
rum abſq; herede maſculo decedente, ſuperstitibus portionem
defuncti non accrefcere, c. 1. §. fin. de ſuccell. feudi: Tamen hoc no-
tabiliter fallere in feudo, quod Imperator vel alius, ſuperiorem
non recognoscens, pluribus nouiter concedit: tunc enim defi-
ciente vniuſi quota ſeu portione, reliquis conſortibus, vel cohe-
redibus ea accrefcit, quæ eſt communis & recepta Dd. ſententia
Schrad. pag. 158. Bald. in l. 1. §. in primo. C. de caduc. toll. Bald. Pra-
pos. & Matth. de afflictis in c. 1. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis.

Id quod in noſtro caſu omni prorsus dubio caret: quia Im-
perator Carolus, itemque Dux Wilhelmuſ Iuliæ, omnes filias
ex Maria Regina natas in feudis Imperij vbiue coniunxerunt,
atque ita ſingulis, ea feuda, deficiente linea maſculina in ſolidum
delata ſunt, Ergo deficiens portio Prutenica ſuperstitibus debe-
tur non tam iure accrefcendi, quam iure non decrescendi, Mich.
Grass. in recept. ſentent. §. ius accrefendi. quæſt. 9. Idque tam ex impe-
trantis, quam concedentis voluntate & intentione, quam in
omnibus actibus potiſſimū sequimur l. ſed Celsus. 6. §. 1. ff. de con-
trah. empt. Schrad. pag. 159.

Fruſtra igitur vel hanc in feudis portionem domus Bran-
denbur-

denburgica sibi vendicat: vel domus Ducalis Neoburgica sibi
asserit: quia neutrum successorum Caroli priuilegium, & ratio
iuris non decrescendi permittit, sed potius sororibus superstici-
bus æqualiter hoc, quicquid est, attribuit.

Tu vero, ô omnipotens & æterne Deus, qui es ipsa veritas,
ipsa iustitia, ipsa æquitas, concordia auctor, litium osor, fac, vt
omnes & singuli, qui in hac illustri successione aliquid sibi iuris
competere existimant, remota humanæ infirmitatis caligine,
omissisque omnium adulorum & assentatorum falsis & fucatis
suggestionibus, instinctibus, hortationibus, & consilijs, quod ve-
rum, quod iustum, quod æquum est, suâ quilibet sorte conten-
tus amicè & libenter amplectatur, ad solius Nominis tui glo-
riam, & Ecclesiae Christianæ incrementum & salutem, Amen.

Tandem bona causa triumphat.

Sequuntur copiæ Vnionis seu confœderationis: itemque
statutorum, de quibus in hoc Antidiscursu
relatiuè fit mentio.



E 2 Extract:



Extract:

Ausz der Erbverbündt = nuß / der Fürstenthumb Gylch / Eleue vnd Berg / de Anno

1496.

Wilhelm von Gottes
Gnaden / Herzog zu Gylch / zu
dem Berg / vnd Graue zu Rauenspurg/eins/
Vnd Wit Johann / vonderselben Gnaden/
Herzog von Eleue / vnd Graue von der
March / anders theils / Dain kunde so als vn-
ser beeder Vorfahren / vnd Eltern / vor lan-
gen Jahren / sich freundlich vnd natürliche vns
dereinander gehalten / auch der Hochgeborene Fürst / vnsere lieue Oheim /
Herr vnd Vatter / Herr Johann von Eleue /c. Loeulicher gedecktauß /
vnd wir samten in güetlicher verschreueren einigunge / vnd verbündnuß
gewest / vnd wir vnsere beeder leuenlang noch seyn / vnd darto insondere
heit wir vns hiebevor brüderlich / freundlich / treulich / vnd geleuffig to-
men getain / vnd verbunden hain / vnsere ain heede dem andern to bleuen /
leff vnd leide to sammen to lyden / vnd vns nit voneinander to scheiden /
vmb dan solche freundschaft to vermehren / to befestigen / vnd to bestets
eigen / vnd angesien / dat wir mit vnsere beeder Fürstendommen / vnd
Landen / ein dem andern wohl gesessen / vnd belegen seyn / hain wir nun vns
her beeder Kinder / in namen der Hylliger Driueltigkeit / to dem Sacra-
ment

ment der heiligen Ehz/ sozammen verhüllt/ verredet/ vnd verlofft/ als
 solches die hillichaverschreibunge vnd vurworden darauer gemacht/ vnd
 versiegle/ clärlich mit vnderscheid inhalten/ vnd vihwiesen vnd vñ der
 obgenanter hillig durch den willen Goiz vortgang gewinnet/ oder durch
 seine Göttliche verhengnuß daitlicher abginge/ nit vor sich gain wär-
 det/ vmb dannoch vnd gleichwol ein luter gunst/ vnd freundliche ein-
 trachte/ zwischen vns/ vnser beeder Eruen/ vnd Nachkommen/ vnser
 Fürstenhumb:n/ Landen/ vnd Vnderthanen/ so erßlichen ewigen zy-
 den touerblieben/ Bekennen wir offenkohllich/ mit diesem bryeu/ für
 allen vñnd jeglichen/ die den sehen/ oder hören lesen werden/ dat wir dem
 Allmächtigen Goide/ Marien seiner gebenedider Muder/ vnd allen
 Goitshilligen/ zu Loeue vnd Ehren/ vnd rns beiden/ vñsern Eruen vnd
 Nachkommen/ vñsern Fürstenhumben/ Landen vnd Vnderthanen zue-
 gude/ nuz/ rast/ frieden/ vnd wohlfaht/ vñnd auch für ein gemein best/
 vns mit denselben beeden vñsern Fürstenhumben/ Landen vnd Vnder-
 thanen/ so wir jekund hain/ oder jemals erkriegen mögen/ ouerin wohlbe-
 dachten/ vnd vollkommenen Raeden/ vnd gutdunkeln/ vns selfst/ vñnd
 vnser Raide/ Ritterschafft/ Stede/ vnd Vnderthanen/ gemeinlich vor
 vne/ vad vnser beeder Eruen/ vnd Nachkommen/ Fürsten vnd Herren
 vnser Fürstentommen vnd Landen/ vns mit gankem wahren/ vnd vesten-
 strewen glouen/ Freundschaft vñnd gunsten/ gelaufflich/ freundlich/ ve-
 stiglich/ erlich/ ewiglich/ vnd vmmermehr zusammen gedain/ vereinige/
 verstrickt vnd verbunden/ Dain vns zusammen verstrickt/ vnd ver-
 binden/ ouer insz diesem brieff genölich vnd vnderscheidenlich/ beyeinan-
 der zu bliuen/ so dat vnser ain/ von dem andern Raht/ Trost/ Hülf vnd
 beystand hain/ vnd ain dem andern dain soll/ als mit starem vnderscheid-
 hlerne beschrieben/ vnd geklert forlgt. Auch ist tüschen vns beeden Her-
 zogen obgenant/ gesurwort/ vnd verscheiden/ dat wir vñnd vnser beeder
 Eruen vnd Nachkommen/ Fürsten vnd Herren/ der obgenant vnser
 Fürstenhumben vnd Landen/ vnd Vnderthanen/ dieselben vnser Für-
 stenhumben vnd Landen/ als sglich Land vnd Vnderthanen/ bey ihren
 Privilegien/ Freyheiten/ Breuen/ Sieglen/ Rechten/ Herkommen/
 vnd Gewonheit lassen/ handhauen vnd behalten/ vnd durch diß Ver-
 bundt kein vñredliche sachen gegen sie nicht vornemmen/ noch vnser ain
 dem andern/ geinen zustand/ noch behülf/ ouer des andern Fürsten-
 humben/

Thumben/ Landen/ eder Underthanen/ vnuerschulter ding/ nit dain/
 noch von den vnsrern geschehen lassen sollen noch wollen/ sonder wir/vnser
 Erren/vnd Nachkommen/sollen noch wollen vnsre/ wegen vnser sglichs
 Underthanen/vnd auch vnser ein wegen den andern/vor vns Underthanen zu erflichen/ewigen zyden/nit anders halten/ dar vorgeeler/ vnd als
 gnedige Fürsten vnd Herrn/ gegen sren getrewen Underthanen zu dain
 gebürt: in diser vnser freundlicher/erflicher/ vnd ewiger einunge/ vnd ver-
 bündnuß/ Nemen wir Herzog zu Gülich/ zu de Berge/ vnd wir Johan
 Herzog zu Cleue/ ic. obgenant für vns/ vnd vnser beeder Erbē/ vnd Nach-
 kommen/ vns vnsre Christliche Oberheuhter/nemlich/ vnsrern Heiligen
 Vatter den Bapst zu Rom/ vnd vnser aller gnedigste Herrn Röm. Krey-
 ser/ vnd Römischem König dermassen/ so dat vnser einer d: in andern/wiz
 der die Vors sonder Götliche redeliche Ursachen/ mit Dienst/ Hülff/
 Trost/ vnd Beystand/ wie vorgemelt/ nit schuldig vnd verbunden sollen
 seyn: Were es auch sach/ das dieser Brief nach/locherig/ oder off alsonst
 solche gebrechenlich an Schriften/ Siegeln/ off an einigen andern sa-
 chen/ Worte/ oder Buchstaben/ geacatellir/ gequezt off in einige andere
 weise verwahrlost/ vnd nit versiegilt befunden würde/ darumb soll er nit
 deminder möge noch macht habē/ sondern he soll in allermassen sin/ bli-
 uen vnd gehalten werden/ als ein rechtschaffen Brief/ der nit allein ein
 Gebrech zusagen/ oder suspicition hat/ vnd des alzeit wahrlichen trans-
 sumpten/ off vidimus hiezuß/ vnd hierauer gemacht/ genzlichen eingelo-
 uen/ Alle vnd jegliche Sachen/ Puncten vnd Articuln/ vnd ein jeglicher
 darof besonder/ dieser vnser erflicher/ vnd ewiger Vereinungen/ vnd
 Verbündnußen/ wie vorgemelt/ geloben wir Wilhelm Herzog zu
 Gülich/ zu dem Berge/ vnd wir Johann Herzog zu Cleue/ obgenant
 für vns/ vnser beeder Erren/ vnd Nachkommen/ vnd für vnser beeder
 Fürsten Thumben/ Landen/ Leuten/ vnd Underthanen/ die wir nun hain/
 oder hernachmals kriegen werden/ bey vnsrern Fürstlichen Trewen vnd
 Ehren/ vnd in rechter geschworen Ahdstatt/ wahr/ vest/ steh/ vnuer-
 brüchlich/ erflich/ ewiglich/ ehrbarlich/ vfrichtig/ vnd fromlich zu halten/
 zu handhaben/ nachzukommen vnd zuuolziehen/ darwider nit zu dain/
 ihun lassen/ geschehen oder schaffen gehan zuwerden/ durch vns selbst/
 oder jemanden anders/ von vnser oder anderer wegen/ vmb einigerley sa-
 chen willen/ die geschehen syn/ oder sinnermehr geschehen mögen.

Wir

Wir beschlossen auch allen vnd jeglichen/ unsern beiden Rähten/Ritter-schaffien/ Städten vnd Underthanen/vnsrer Fürstenthumben/ vnd Landen vorgenant/sammetlich vnd jeglichem insonderheit/ allen vnd jeglichen Vorworten/Puncten vnd Articuli vorgeschrieben/ festiglich vnd vnuerbrochen/erstlich vnd ewiglich zuhalten/nachzukommen vnd zuuolziehen/vnd nach vnser einigs/oder beider tod/keine andere Fürsten noch Heirn/ zu dem vorgemelten unsern Fürstenthumben/ vnd Landen mit annemmen/noch darzukommen zulassen/ der off die hauen dan misshren besondern Briuen/vnd Siegeln diese erstliche vnd ewige verbünd-nus festiglich/erstlich/vnd richtig/vnd fromblich zuehalten/nach alker nosturff gelobt/vnd die Erbverschreibung geconfirmirt/vnd bestettigt/Sonder all arge list/intrag/hinderuff/vnd geuehrde/die in allen dieses Briues Puncten genslich vnd zumahl aufgescheiden seyn vnd bleiben sollen.

Vnd seind dieser Briue zwien von wort zu wort gleichlautende/ dern wir Herzog Wilhelm vnd Herzog Johann vorgenant/jeglicher einen empfangen vnd behalt n hat/Gegauin in den Jahren/als man schrieue nach der Geburt Christi unsers H E N N E N 1496. vff St. Catharinen Tag der Heiligen Junfern.



Extract:



Extract:

**Auß der Sülchischen / nit
allein durch gemeine Ritterschafft / vnd
Stätte / einhellig beschlossener / Sondern auch von der
Rays. Manst. confirmirter vnd bestettigter / in Anno 1582.
zu Düsseldorf getruckter Rechts: vnd Re-
formation Ordnung.**

Cap. 93.

Von Erbtheilungen.

Doch einem jeden Kind seines gebührenden Vortheils / nach dem Landgebrauch vorbehalten / Als nemlich / wo die Erbtheilung zwischen denen von der Ritterschafft vorgenommen / vnd ihre Schwestern mit einem Heurat gut allerdings abgegüt. So sollen die Rittergüter mit der bescheidenheit an den Gebrüdern verbleiben / daß der Elifster Bruder / das Stammhaus vnd Principalſez / wo der nur ein ist / in seinem Graben / Edern / vnd Zeunen / vnd was darinnen gelegen / auch dessen Geschüß / vnd was darinnen nagelfast ist vorauf / ohn einverstattung oder vergeltung zu sich neme.

So auch ein solch Stammhaus / Vnderhochheit / vnd Herrlichkeit hette / die soll bey demselben verbleiben / doch sollen in solcher Vnderhochheit und Herrlichkeit nicht begriffen / vnd verstanden werden / Zins / Schakung /

Schahung/ Pochung/Zehend Thurmied/vnd Weihlen/ sondern soll mit demselben gehalten werden/wie das von alters herkommen. Wo aber mehr dann ein Haß verlassen/ wann dann der Elteste Bruder/ das ein Stammhaus/vnd Seß/inmassen jetztgedachte/voraus genommen/ so mag der ander Bruder/das ander Stammhaus vnd Seß/in aller gestalt vnd manir/wie der Elteste Bruder gethan/voraus nemen.

Wie dann auch/ wo mehr Häuser vorhanden/der dritt vnd vierd Bruder thun mag.

In andern aber Stamm vnd Seßhäusern/ so durch seit: Vand Wysäll/ oder sonst anersterben würden/ soll durch die sammeliche Gebrüder vnd Schwestern. (Wo derhalb kein Verzegnuß geschehe:) Gleichheit in Erbtheilung/vnd scheidung gehalten/vnd darinnen keiner dem andern vorgesetzt werden.

Wa nun keine Brüder/ sondern allein Schwestern vorhanden/ so soll zwischen denen in solcher Erbtheilung dern Stammhäuser vnd Seßen/ in allor massen mit dem vorausziehen vnd nemmen gehalten werden / wie jeho von wegen der Brüder geordnet/ zwischen den andern aber Personen/ so nicht von der Ritterschafft/ vnd sonst dem gemeinen Mann sollen Gebrüder vnd Schwestern ohn einigen vorzug/ an allen ihren Esterlichen Gütern vnd Haab/ zu gleicher Theilung zugelassen/ vnd zwischen ihnen durchaus gleichheit gehalten werden. Doch so viel vnser Lebhengüter/ Sattelgüter/ Schatzgüter/vnd Dienstgüter/

Auch die Sollstatt vnd Splies/ belange/ Soll vnser dyr-

wigen hieuor aufgangener Ordnung/gelebt/
vnd nachkommen werden.



Cap. 94.

Von Heurath's verschreibungen.

Hnd wiewol die Vorwort vnd Geding / den Heurath's verschreibungen einuerlebt / dasz die Töchter mit einem bestimmten Pfeining / oder sicherer Erbschafft auffbestatt / vnd dardurch von dem Erbsall der den Elterlichen Gütern auffgeschlossen seyn sollen / nach ordnung der gemeinen beschriebenen Rechten / krafftlos vnd unbeständig seyn / Jedoch dieweil von alters her / in unsern Fürstenthumben Galch vnn Berg / sonderlich aber vnder denen von der Ritterschafft / damis die Stämm vnderhalten werden möchten / dermassen loblich herbrache / dasz die Töchter mit shren empfangenen Heurathsgut begnügig seyn / vnd weiter keinen zugang zu den Elterlichen Gütern haben sollen / vnd dann auch redlich vnd billich ist / das niemands in Heurath's vorworten / vervortheile vnd betrogen werde. So sollen solche Heurath's verschreibungen: (so fern sie doch mit wissen vnd willen der Töchter / mit vnderschreibung / oder da sie nit schreiben können / auff bis anderer von irentwegen auffgericht:) vestiglich vnd vnuerbrüchlich gehalten vnd volzogen werden.

Vnd darumb / ob gleich die Töchter in diesem fall den gethanen verzieg / mit shrem leiblichen And / wie die gemeine geistliche Rechten erfordern / mit bekräftiget / oder an orthen da sich solches gebürt / kein auffgang gethan / vnd nach absterben der Eltern / willig vnd vhrbietig wren / shre empfängene Heurathsgüter widerumb eynzubringen vnd bezulegen / So sollen sie doch zu den Elterlichen Gütern keinen zugang haben / sondern dauon genslich vnd zumal auffgeschlossen seyn / es were dann sach / dasz die Gebrüder in dern behueff die verzignus geschehen / ohne Leibserben mit todt abgangen wren / Dann in dem fall sollen sie bescheineter verzignus vnangesehen zu der Erbfolgnus zugelassen werden.

Dergleichen soll shyen auch die Succession vnd Erbung der Seit: vnd beyfall: es were dann sonderlich darauff verziehen worden: In allweg vorbehalten seyn / etc.

M E



MEverò nec dum pudet, & hoc vindictum scriptum vocare vtcunque iuridicum, non quod de eius vel alterius veritate subdubitem, sed quod hoc ita libet pro ingenio meo vel modesto vel minus effero: tantum abest, vt istorum paradoxorum, provt quoq; ineptæ methodus & defensioꝝ breuitatis, (quibus omnibus meus anti-iurista me statim ab initio iustè obtundit) reus agi debeam.

Iis itaque vtpote generalibus omissis rectâ ad rhombum causæ pergam & illic pedem figam. Scitum enim est illud Aretini cons. 106. generalia non concludunt subtilibus lectorum ingenj, sed grossis tantum.

[*i. Probatur Electorem ante alios solum terras Iuliac. possidere.*]]

Hoc tamen prius ad monuero, quod est de importantiâ, quodque ille aut imperiè aut calumniosè negat, terras sc. Iulienses nostrum Serenissimum ante alios iustè & legitimè possidere.

Possessio, inquit Iuriscons. in l. 23. ff. de acq. vel. am. poss. nis̄ naturaliter apprehendatur, ad nos non pertinet: vnde illa in l. denique. ff. ex quib. caus. maior. non tam iuris quam facti esse dicitur, vt ne quidem in filium, qui aliàs viuente patre rerum paternarum est dominus, l. in suis ff. de liber. & posth. sine apprehensione continuari, vel cum dominio, quo cum nihil habeat commune, l. 12. §. 1. ff. de acq. poss. transire posset, etiam in successione feudal. Gail. 2. obs. 152. per totum.

Adeo adipiscendę possessionis vacantis solus & vnicus ubique modus est apprehensio.

Nun aber ist's Gott dank / aller welt kundig vnd allnoch facti permanentis, daß Ir Churs. Durchl. an diesen Gülichischen Landen/ dasie an possession ledig stünden/ gestracks nach tödlichem hinfall Herzog F 2

hōg Johān Wilhelms hōchseligen gedächtnis vor allen anderen die ir-
ste apprehension cum animo sibi habendi gehan haben.

Dannen hero zu rechz folgiz vnd wahr s̄yn muß daß hi durch
Ihre Churfürstl. Durchl. einsig end allen derselben Landen possession
sich appreppieren / dieselbe vor sich haben / behalten / noch mit keinem
Interessirten participiren können sollen oder wollen / qui tenet te-
neat, possessio valet; & non minus illa eadem possessio apud
duos pluresve esse potest, quam ut tu stare in eo loco, in quo
ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris, l. 3. §. 5. ff. de ac-
quirend. vel amitt. poss.

Cui consequens fit, Palatinum Neoburgensem (cateri,
puta Bipontinus Burgawicus, Saxo, Neuersius, nihil prorsus ha-
bent possessorij, quia nihil vacui apprehenderunt) hodie non
tam vna possidere quam detinere, hoc est, in possessione esse: iu-
ste vel iniuste in hac possessionis summa seu communione pa-
rum interest, l. 3. quo sensu ante hac dixi eius Celsitudinem vna
possidere.

Nec est, quod Serenissimi possessionem ideò, quod istius
detentionis seu insistentiae immista est, vel tantillum vitiosam &
iniustum putes, etenim in separatis & indiuiduis viile per inutile
nunquam vitiatur, l. 1. §. pen. ff. de verb. obligat.

Per transactionem quoq; Tremonensem illa eadem pos-
sessio desperita non est, quinimo expresse inibi reseruat, ut
pater ad literam, & etiamnum super durat, idque cum effectu,

1. Quod Serenissimus prius, quam Causa hæc successoria
decisa sit, inuitus de possessionari non posset, l. vnic. C. de prob. pec.
sequest. ibique Dd.

2. Quod omnibus illis, quotquot interea suæ Ser. Cels. ali-
quod impedimentum struunt, non tantum impunè resistere ca-
ptiuas vrbes recuperare illatamque iniuriam & spolia propulsare,
l. 1. C. unde vi, sed etiam tali rerum facie ab eiusdem commu-
nione (in qua alias nemo compellitur invititus detineri, l. fin. C.
com. diuid.) recedere & ad propriam eamq; solam possessionem
se reiterare, 2. feud. 82. prius posses. restit. aliaque omnia possessoria
beneficia à Iuribus ordinata usurpare & posset & debeat.

Hac

Hec est ipsissima rerum veritas, quæ erroribus aliter opinantium non vitabitur, sub qua surgat iustus Elector, & tollat quæ sua sunt.

Nunc de possessione Serenissimi ad eiusdem iura successoria (rhombum Causæ) descendamus, quæ melioris ordinis ergo triplicia feci, Ius Maioratus, ius Unionis & pacta Dotalia,

Singula hæc sparsim & confusè in suo, si doctis placet, verè Iuridico discursu oppugnat Antidiscurrans, ius Maioratus negat vñquam superiori seculo domibus Cliviæ, Iuliæ & Montium à Principibus illatum, & dicit idipsum in meo cerebro esse fictum & excogitatum: terrarum istarum Unionem (quæ vt indiuidua comes Iuri Maioratus necessariò adiacet, nec ab eo per naturam separari, nec per sensum concipi potest) eadem audacia pernegat: pacta & contractus, si qui super vtroque iure antiquitus initi sunt, de subditorum Unionetantum, hoc est, eorum in perpetuum sancita pace & concordia, non terrarum copulatione & Unione interpretatur: pacta quoque dotalia Borussica pro inualidis habet; in summa, negatis omnibus quæ posui Causæ Brandenburgicæ principiis sic illam decidit, vt Serenissimæ Dn. Eleætri (mirabile dictu) nihil successionis, tribus vero adhuc superstibus filiabus Ducis Wilhelmi vniuersum æquilater attribuat.

[2. Probatur terras Clivenses & Iulienses Iuribus Maioratus & Unionis subiacere.]

Vetùm enim verò iam anni ferè sunt ducenti (vt rem paulò penitus introspiciam & altius repetā methodo qua ante & breuitate quantum fieri potest eadem, *in bona enim causa*, vt dici solet, *tria verba sufficiunt*) anni inquam iam ferè sunt ducenti, ex quò inter Adolsum primum Ducem Cliviæ Marchiæ Comité eiusq; subditos hæc publica eaq; solennis Conuentio vtriusq; posteritati in perpetuum valitura facta est, *diese aufdrücklichen Inhalts daß nach seinem Herzog Adolfs tod seine Landen und Städte sämtlichen und vngescheiden den ersten Sohn vor Ihren rechten Landsherren oder da kein Sohn vorhanden die erste Tochter vor jre rechte Lands-*

ſtraw TEN GEWIGEN TAGEN VON ER-
BEN EDE ERBEN / vt verba ſonant, nemen empfan-
gengen vnd hulden / Sie aber ſyre andere Brödere vnd Schwestern
mit gereiden Gütern / Rendten oder Häuſeren / ſo von alters an Cleue
nicht gehörig / abgutten / oder ſonſten zum Geſtilichen Stand verhelf-
fen ſollen / damit also die Landen per donationes propter nuptias vel
per dotium conſtitutiones vel alio quoq[ue] modo vnuerſet / vnu-
erkaufft / vnuerwechſelt / vnd vnuergiffet bleiben vñ nimmermehr von
einander kommen konten / cuius integrum contextum infra ſub lit.
A. bona fide expreſſimus.

Talis publica Conuentio aperte continet ius Maioratus &
ius Vnionis, quæ iura cum hoc modo pro lege ſucceſſionis ſemel
prouinciis eſſent imposita, posteritas Ducis Adolphi illa eadem
continuâ ſerie ad viſque terrarum omnium copulationem dilig-
entiſſime obſeruauit, nec per vllam contrauentionem vel la-
tum vnguem ab iis recessit.

Anno enim 1443. defuncto Duce Adolfo Iurium Maioratus & Vnionis institutore, Dux Iohannes filius eius primogenitus, iſtorum vigore Ducatum Cliuiæ cum Marchiæ Comitatu indiuifum ſolus abſtulit, fratre Adolfo vna cum fororibus Margaretha, Elisabetha, Helena, Catharina, Maria, & Agneta omni-
nō ſemotis & exclusis.

Et Anno 1481. rebus humanis exempto hoc Duce Iohanne Dux Iohannes II. filius eius primogenitus itidem ei ſolus ſuc-
cessit, nec Ducatum & Comitatum partitus eſt cum fratribus Theodorico & Adolfo, quorum ille ad archiepiscopatum Rhe-
menfem (erat, n. mater eius Galla Neuersia) hic ad Canoniam ap. S. Lambertum Leodij promotus eſt, quartò vero genitus
Dux Engēlbertus bona materna Neuersium, Roetelium & E-
ſtampium Comitatus in Galliis hereditauit & poffedit.

Anno 1521. defuncto quoque hoc Duce Iohanne II. Dux Iohannes III. filius eius primogenitus itidem patri ſolus heres extitit, forore Ducissa Anna, Comitis Waldeckiani vxore, à Du-
catu & Comitatu Marchiæ itidem penitus ſemota & exculfa, als
les nach diſpoſition deß obgemelten vralten ſucceſſion Rechtens.

Adeò

Adeo Ducibus Cluię semper curę fuit vigore semel à Máioribus pro lege & statuto acceptę conuentionis vtraque iura Maioratus & Vnionis illæsa conseruare.

Et ipsi Cluienses & Marchici Status & Vrbes (vt hoc est facti notorij) ad huc hodiè non aliter nouum Principem ad successionem & regimen admittunt, nisi prius solemniter præstita & recepta iuratoria stipulatione auff den vorged. Huldigungs Brieff Herzogen Adolfo/ se talem ordinem succedendi antiquitus per tot retro Principes usurpatum sartum, quoque teetum seruaturn. Videatur der Huldigungs Brieff des leze abgestorbenen Fürstens sub l. B. warauff alle Cleuische vnd Marchische Statt Ihre F. G. angenommen vnd gehuldet haben. Hic notandum, quod sub præfato Duce Cluiensi Iohanne III. nostræ Prouinciæ Iuliacenses primùm in vnum coaluerint, duxit enim in vxorem Ducissam Mariam vnicam filiam & heredem Wilhelmi Iuliacensis & Bergensis Ducis & Comitis Rauensburgi, quæ ad maritum, quoniam ex hac familia nulla stirps mascula superesset, omnem istam terram dötis loco attulit.

Ob wol nun seßgedachter Cleuischer modus succedendi secundum ius Maioratus & Vnionis mit guter fug. rechtem auff beyde Fürstenthumb Gülich vnd Berg/ wie auch Rauensberg (mit den allen Cleue wie sezt gemelt/ augmentire vnd copulirt worden) könnte gebracht vnd gezogen werden.

Inmassen rechtem quod res vntia sapiat naturam & conditionem rei cui vnitur, eiusque consuetudines & priuilegia assimat. Albert. Brunus in suo tr. de augmento, concl. princ. s. Bart. in l. sequando. C. de appellat. addel. item si fundi. g. §. 4. in fin. de usuf. glos. in c. i. ext. ne sede vacant. c. recolentes. in fine. ext. de Statu monach. & augmentum quod sit alicui rei, sortiatur eandē naturam, quam habet res cui adiicitur. Brun. d. tr. conc. princ. g. Curtius conf. 56. ubi multa tradit exempla, in tantum, vt consuetudo seu statutum regni porrigitur ad loca & territoria postea ei inclusa seu adiuncta, ut inter terminis dixit Cyn. in l. etiam. C. de Iur. dotium. quia dispositum in principali, in augmento tacitè intelligitur repetitum.

Jedoch haben obgedachte Landen Gülich/ Berg vnd Rauensberg/

Berg/ che sie mit Cleue realiter seind copulirt / vnd Herzog Iohannen
anno 1511. post mortem saceri anheim gefallen / abereit zuvor ein be-
sonder vnd gleiches ius Vnionis oder eundem modum succedendi
gehabe/ das assolcher extention beina vndtig.

Denn anno 1508. am 22. Aprilis hat Knyser Maximilian der
erste/ Herren Wilhelmin dem letzten Herzog zu Gällich ein solch suc-
cessions Priuilegium gegeben/ das nach seinem todt sein einsige Toch-
ter Hersogin Maria / vxor prædicti Duci Iohannis III. oder da
dieselbe mit todt vergienge / dern Schwester vnd sedwedere Eheliche
Männliche Leibs Erben / hoc est, liberi utriusque sexus der Fürsten-
thum Gällich vnd Berg vnd Graffschafft Rauensberg vñdig seyn vnd
dieselbe erben sollen/ qual ter autem & quo modo? non aliter quam
secundum ius Majoratus & Vnionis, ne terræ diuidantur, & vt
exinde utilia seruitia tanto commodius Imperio præstari pos-
sint, damit die berührete H. rzogthum vnd Graffschafft nicht zerrent/
noch vns noch dem H. Reich dazthalben also nuzlich vnd wol gedient
würde/ vt verba sonant in contextu, quem integrum quoque sub-
lit. C. infra adpendimus.

Sonsten vor Hochged. Herzog Wilhelms zelten wie nie ohn/ ist
über die Iura Majoratus & Vnionis in den Landen Gällich vnd Berg/
wie oft es tentirt/ nich/ steiff gehalten worden/ Gerardus & Adolhus,
inquit Peucerus in Historia Caroli IV. Imp. pag. mihi 612. copulatos à
Majoribus Iuliaci & Montis Comitatus primi cursus diuiserunt, vt ille
Iuliaci hic Montis comes esset, & paulo post: Adolhus Comes de Alte-
na & de Monte filios habuit Euerhardum Montis & Adolhum Marchæ
Comitem, sed Euerhardo in monasterium ingresso, Adolhus Comitatus
iterum coniunxit, eosdem diuisit rursus diuisio nepotum, donec tandem
sub Wilhelmo Duce certa & immutabili lege per modum priuilegijs sancta
circumscriberentur.

Da aber obgedacht drey Fürstenhumb / zwee Graffschaffen/
vnd die Herrlichkeit Rauenstein also an ein Haupt/ Herzog Iohannen
den dritten zusammen gewachsen/ seind sie durch solche coalition
quoad modum succedendi ex Iure majoratus & Vnionis uitak-
tein parificire oder einer natur vnd eigenschaft worden/ per allegata Iura,
quibus addo, quod mixtum sequatur naturam simplicium, & con-
nexa

nexa iudicentur sicut ea ex quibus connectuntur, *i. quae religiosis ff. de rei vindic. l. arbor. ff. com. diuid. Panor, in c. quanto. extr. de iudic.*, quod & sicut quælibet res coniuncta, si sit diuisibilis, diuiditur omnino secundum qualitatem vtrique parti competentem, *l. sancimus. §. ne autem. C. de donat.* sic res disiunctæ si coniungantur, non aliter hoc fiat quam secundum qualitatem, quæ vtriq; separatis inest.

Sondern beyde Iura Maioratus & Vnionis sind auch so wol nach als vor der Landen coalition specialiter darinnen ernevert / vnd nach vnd nach durch verscheiden actus Principum disponentium bis auf jüngst gestorbene Herzogen hochseligen gedechnis roborire vnd in vigore erhalten/ wie in facto vnuernienlich wahr.

Dann mehrhochged. Herzog Johann der dritte vnd dessen Gemahlin Herzogin Maria haben sich in ihre beyderseits (verba sunt Imperatoris in procœmio priuilegij Vnionis de anno 1559) Eheschließigung vermög Brieff vnd Siegeln mit bewilligung vnd eynraumung aller ihrer Fürstenhumben vnd Landen nemlich Gülich/Ecleie vnd Berg / Marck vnd Rauensberg einmütiglich verglichen / dasz seht gemelte Fürstenhumb vnd Landen zu den ewigen Tagen bey ein ander vniir bleiben sollen/ wie solchs die sublit. D. bengedruckte clausul nach führet/ vt te contentem antidiscurrans.

Beyde sekged. Herzog vnd Herzogin haben auch Ihre Elteste Tochter Herzogin Sibillam anders nicht dann sub Iuribus maioratus & Vnionis anno 1526. an Sachsen verheirathet.

Dux Wilhelmus filius post patris mortem sub iisdem iuribus, si recte memini, cum Austriaca Matrimonium sibi pactus est anno 1546.

Ille idem Dux Wilhelmus, vt illa eadem iura & secundum illa à Maioribus sanctam formam successionis ad liberos quoque transmittenet, Duci Carolo Frederico, qui obiit Romæ anno 1575. primogenito suo prouincias anno 1564. per testamentum destinauerat, secundo genito Duce Iohanne Wilhelmo nuper defuncto ad Episcopatū Monasterensem anno 1574. mature promoto, qui alias vigore paterni testamenti fuisset ha-

G biturus

biturus **andere herrschaften** / puta die von altero zu den Landen nit ge-
hörig/ vt habet illa conuentio Cliuensis.

In vtriusque verò obitum & defectum masculinæ lineæ, fi-
liæ primogenitæ Ducissæ Mariæ Leonoræ Borussicæ ciusque he-
redibus more Maiorum prouincias detulit:

Confirmationem quoque iuris istius Vnionis eique anne-
xi Iuris Maioratus anno 1559. ab Imperatore Ferdinando, anno
1580. ab Imperatore Rudolpho obtinuit, adeo voluit suas di-
positiones statutis suorum maiorum per omnia conformare,
vnde & illæ tanto magis hodiè obligant, *iuxta tradita à Dd. in l. he-
redes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebellian.* vtpote quod consue-
tudines familiarum in iis, ac sileges & contractus forent, obser-
uari debeant, *Iason. in repet. l. omnis populus. numero 42. ff. de instit.
& iure.*

Ecce Dn. Antidiscurrens, quam igitur temerarius sis, quod
neges successiones Cliuenses & Iuliacenses iuribus Maioratus &
Vnionis etiamnum subiacere, quamque mihi periniurius sis,
quod scribas illa à me in meo cerebro esse ficta & excogitata, eo-
rumque probatione me destitui: crede mihi in terris nostris duo
ne dum tres principare nullo modo possunt, sed in iis non secus
ac in Regno unus vnaue succedit tantum.

*Et hoc iure utimur, hoc Iure, inquam, & hac lege
non abolitâ, non immutatâ, non mortuâ.*

In quo mihi videntur eadem terræ nostræ ante alios Rom.
Imperii Ducatus multum regalis dignitatis & Maiestatis præ se
ferre. Cum enim illi passim ad instar communium & minorum
feudorum pro Germaniæ consuetudine, quam libenter agno-
sco, diuidantur, hæ solæ sub iure Maioratus & Vnionis stant in-
diuisibiles, consortis omnino sunt impatiens & dimembrari
nullo modo possunt.

Visque adeò vt vnaquæque Prouincia abundat in sensu suo,
*c. certificari. extr. de sepult. sic & hoc modo Nostræ suis singularibus
consuetudinibus successoris sunt circumscriptæ, quibus, vt hoc
affolet, delectatur magis quam communibus & alienis, quod qui-
libet*

libet ex populo nostro tales sibi statuisse videatur, vnde quoque contra illas reclamare non habet ullus.

Causam verò tanti specialis modi succedendi in prouinciis seu terris nostris si libet mecum ex verbis Principum ut grauissimam ita iustissimam repete, *angeschen dat die delung evund splei-
tunge der Lande/der seluen Lande verderbnisse ist/ Rectè equidem, non
enim fallit illa Iesu Christi saluatoris nostri vox: omne regnum in se
dini sum desolabitur, quia omnis vis vnitatis in se ipsa est fortior, quam
si sit sparsa: Multitudini quoque expedit & publicè interest gu-
bernari & regi tantum ab uno l. 2. §. nouissime, de orig. i. r. c apibus.
7. q. 1. & pluralitas Principum bona non est, ut p̄eclarè dixit Bald,
in auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

----- Herus vnicus esto,
Vnicus & Princeps.

Addo, quod ex crebra & toties repetenda diuisione Du-
catuum familie Principum, quarum splendor in amplitudine
districtus & imperii consistit, tractu temporis planè interci-
dant, aut ita attenuentur, vt statum & conditionem suam vix
amplius tueri possent, vtpote quod nihil tam magnum sit, quod
diuisione non fiat paruum & de hoc quotidiana experientia ab-
undè testatur.

Taceo, quod Imperium quoque laceretur, cuius isti Du-
catus membra sunt, ex quibus diuisis postea non tam commo-
de Imperio seruitur, c. 1. de prohib. feud. alien. per Fred. welches auch
pro causa in dem Gültchischen privilegio de anno 1508. gesetzt ist/eiusdem
quoq; matricula variatur, pensitationes & collectæ incertæ : ed-
duntur, toties mutatis rerum possessoribus.

Omnibus & singulis hisce incommodis à Maioribus Prin-
cipum Cliviæ, Iuliæ & Montium quam prudentissime beneficio
introducti Iuris Maioratus & Vunionis obviatum est, vt solitus &
vnius primogeniti primogenitæ sit successio, cæteris verò tan-
tum, quantum ad honestum vitæ statum pro familiæ dignitate
satit est (quod vulgo panagium vocant) assignetur.

Et hunc in Principatibus succedendi modum ut optimum, quemq; omnes ferè Nationes amplexæ sunt, quatum ali-

quas in Discursu tamum exempli non argumenti causa retuli,
egregie laudat & exequitur Hostiensis in cap. licet. extr. de voto. &
eleganter de eo discurrit Menochius cons. 211. vol. 3.

Diese nun obdeducirte so thewr per publicas Conuentiones
auff gesetzte vnd beyna von zweyhundert Jahren herab für vnd für
vnderhaltenes auch von den Kessern Maximiliano I. Ferdinando &
Rudolpho allerhochseligster gedeckenis bestettige Majorat: vnd V-
nions Rechten können bey gegenwärtigen successions fall keines wegs
negligirt oder vnderlassen werden / wann gleich auch Ihre Churfürst.
Durchl. auff welche dise Iura nunmehr kommen/ dern sich begeben vnd
zu der Landen diuision (quod Deus auertat) schreitten wollen. Iam
n. dudum hæc Iura subditis & Statibus prouinciarum in vim
contractus, priuilegij & statuti transferunt, ideoque sunt immu-
tabilia & irreuocabilia, l. vlt. ff. de pact. cum similibus, es seye dann
dass die Land/ Ständ vnd Städte tanquam altera pars contrahen-
tium ihres theils hierinnen auch bewilligten / vtpote quod inter con-
trahentes semper paria & æqua Iura esse debeant. l. fin. C. de fruct.
& lit. expens. & omne iniquum claudicet: alias vna pars in vita al-
tera istis iuribus successionis se non habet intromittere, l. sicut. C.
de obl. & action. nec ea destruere. l. acta. ff. de reiudic.

Es dient aber so wenig den Landen als hochstged. Ihrer Churf.
Durchl. von all solchen legibus & Iuribus successionis abzustehē vnd
in die hellung / labyrinthum disunionis, zu bewilligen/ quin potius

Moribus antiquis stet res Iuliana -----
nec recedatur ab eo, quod tam diu æquum & utile visum est.

Etenim nihil fere exitu pernitiosius est, quam si leges, qui-
bus stat Respublica, mutari aut innouari contigerit: leges quæ
seruitum & testamentorum priuata Iura continent, quæque
de rebus & rationibus habendorum contractū feruntur, inter-
dum mutari conuenit, vt melioribus locus sit, sed qui leges, quæ
ad statum Reipubl. pertinent, mutare salua Republ. conantur,
perinde faciunt, inquit quidam magni nominis Politicus, vt ij
qui ædium altissimarum substructiones & fundamenta renouare
se posse putant saluis ædibus.

Quamdiu igitur ista patriæ & Reipubl. nostræ publica Iu-
ra con-

rat consensu utriusque partis, Serenissimi sc. & Statuum, abolita
& antiquata non sunt, sed adhuc stant (faxit. v. Deus ut stent in
eternum) videtur mihi prorsus stultus & frustraneus ineptia-
rum labor, velle terras nostras tripartiri & ab ijs primogenitæ
heredem, cui in solidum debentur, excludere; antidiscurrent,
scribant, dudicant, libellent, informent quotquot velint.

3. [Inribus Maioratus & Unionis contraria refutantur.]

Weniger las sich all solche statliche vhralte statuta vnd Land-
rechten mit so schlechten lappaliis, wie von dem gegenheilen gesetz/
vmbstossen oder durchlochern / quæ nihilominus hic ordine colli-
gam & refutabo.

Erstlich sagt er/seind durch die Unions Vertrag nur der Landen:
Underthanen zu ewiger guter freundschaft vnd friedem / nicht aber die
Landen selbst an einander copulirt. Respond. wider solche gloß streitet
der ganher contextus der abgedruckter Beylagen sub lit. A. B. &
C. vt mirer audacem interpretem, qui tamen sub hac distinctio-
ne seu interpretatione in suo scripto vbique transit, videat vero
ne dum nimis subtilis esse vult, ipsi, vt est in proverbio, femora-
lia decidunt.

Das aber anno 1496. die Erbuerbündniß zwischen Herren Wil-
helmen vnd Johannem Herzogen zu Cleue vnd Gülich vnd Ihre bei
der Underthanen auffgericht/ dieselbe ist diser seits nie vor ein Land B-
union geachtet noch angezogen/ nec ego ad illam in discursu meo re-
spexi, cum dixi occasione nuptiarum inter Duces Johannem
Cliuensem & Mariam Iuliensem terras vniri cæpisse, in quo
nec insanus nec peruersus esse possum, (quamuis hoc nomine
& passim in suo scripto antidiscurrens me iniuriosè nominet;
quod totum ego tanto libentius suffero, quod sciam si animal
asinum non ausim dicere me calce percutiat, non protinus re-
percutiendum esse) non inquam in hoc peruersus & insanus esse
possum qui referam id, quod filius de parentibus Imperatori ve-
tè non falsò retulit. Vide proæmium Unionis Privilegiij supra §. dann
mehr hochged. recitatum.

Secundò ita ratiocinatur antidiscurrens, die Cleusche vnd
Gülichische Landen haben auff heutige stunde verschüden Canzley/ver-
scheiden

Schelden Landdag / Priuilegiis vnd gewohnheiten / Ergo seind sie pro diuisis & non vnitis prouinciis zu achten. Distinguat verò vnitatem, numeri ab vnitate actionis, Principatus nostri sunt vnum numero, hoc est, sub aliquo uno supremo, puta Principe reducti & ordinati sunt, eorum tamen actio seu administratio fit separatim per plura & diuersa, & hoc potest commode fieri. Aspice mihi nobilissimas Belgicarum Prouincias, singulæ à singulis priuilegiis archiuis & comitiis, officiis & Iuribus distinctæ penè & separatae sunt, attamen sub vnius Caroli & vnius Philippi persona olim vnitæ iisdem paruerunt: sic & in una domo personæ sunt distinctæ, & diuersæ, attamen vnius patris famil. potestati subiectæ. Vides quoque diuersa esse munia animæ & corporis, vtraque tamen quamvis diuersa & separata, tam dulci harmonia sub vnius recte rationis regimen veniunt.

Ne te confundam antidiscurrens, Ducatus & Comitatus nostri ita ad inuicem vnti sunt, vt sint & dicantur indiuidi seu indiuisibiles ratione pacti seu voluntatis disponentium Principum cum subditis & ratione priuilegij Imperatoris, non verò ratione naturalis alicuius & impossibilis separationis: possent, fateor, vt hodiè inter se sunt limitibus, regiminibus, diaetis, &c. distincti: ita & per naturam benè diuidi & disiungi, & tu hoc malles.

Verum non satis est ad rei alicuius diuisionem introducendam, rem per naturam indiuidiuam esse, nisi etiam sit talis contractus seu pacti conditione. l. 2. §. 2. l. 72. ibique Donell. ff. de verb. obligat. arg. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Fred.

Tertiò inquit per aliquam concessionem, *sicut his terris controversis ius maioratus inter masculos olim observatum est, quid hoc ad feminas?* silentium mihi imperans, quod id ipsum in hac successione fœminis attribuerim. Sed bona verba quælo, ego illum ad ipsas Homogiales literas Ducis Adolphi & impetratum priuilegium vltimi Ducis Wlhelmi remitto, in quibus hoc ius fœminis quoque in defectu masculinæ lineæ, aperiè attribuitur, prouculdubio propter par periculum & incommodum æquè in diuisione successionis fœmineæ meruendum; quæratio si non sufficit,

cit, sufficiat ei, quod ita Maioribus placuerit, quodque ita scriptum sit. *l. non omnium. ff. de legib.*

Quæso si ipso Iure feudal i successio fœminis quandoque tribuitur, puta si pacto ita comprehensum fuerit & masculi deficiant, *1. feud. 8. 2. feud. 27. vers. non enim.* cur non & modus succendi iisdem præscribi posset? Numerorum ca. 27. scriptum est: *Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transbit hereditas,* quid impedit ex statuto vel lege suppleri qualiter & quo modo?

Et considera mihi dn. antilurista, si ius Maioratus & Vnionis non vis ad fœminas quoque ad pertinere, num eo ipso facias fœminas melioris conditionis quam sunt masculi? hos post primogenitum omnes excludes, illas admittes? hi non diuident Ducatus & Comitatus, illæ verò quam maximè? absurdâ hæc sunt tam in feudal i quam communi successione, *l. maximum vietum. C. de liber. & posth. Non. 118. 1. feudor. 8. §. fin.* Scio communiter fœminam ad primogenituram non admitti, vt quæ pro conseruatione familiæ, cuius illa finis est, constituitur, sed lex consuetudinis patriæ aliter scripta est, quam si ex hoc capite iuris vis refigere, infirmitatem iudicij vel cordis malitiam prodes.

Quarto opponit Iuribus Maioratus & Vnionis Carolinum priuilegium successorum de anno 1546. summum & quidem speciosum suæ quam vrget triplicis successionis fundatum, & de hoc passim magnum facit festum.

Ego verò paulò longius hic insistam, & dico, Dux Wilhelmus hoc priuilegium aut impetravit animo abrogandi veterem illum & antiquitus Institutum & usurpatum ordinem succendi (de quo supra) & noua est dispositio veteri Iuri superueniens & contraria, aut tali animo non impetravit, & non est noua dispositio, sed veteris Iuris confirmatoria.

Priori casu, quo istum ordinem antiquum Dux intendit abrogare, id facere non potuit. Ad strictus enim fuit isti Maiorum suorum publicæ Conventioni, quæ ad ius Maioratus & Vnionis successiones tam fœmineas quam masculinas præcisè exigit & reuocat, à qua conventione uti Iuri publico patrō, & Provinciis proprio recedere, aut eam remittere, aut cauere ne inter liberos

liberos locum habeat, ipsi planè non fuit licitum. *I. nemo potest ius.*
de legat. j. l. 20. ff. de religios. l. 15. §. 1. ff. ad l. falcid. l. fin. ff. de suis &
legit. l. non dubium. ibique Bart. C. dell. Quemadmodum enim id
quod specialiter à lege datur, alicuius dispositioni non amplius
subiacet Decius cons. 76. ita multo minus si à lege regni vel princi-
patus vide Hottom. in controv. inter pat. & nepot. tit. quomodo regna
& hereditates privatae differant.

Vnd das vmb desto weniger / weiln hochged. Herzog Wilhelm
 impetrans, anno 1539. vnd also langst vor diesem Carolino seinen
 Vnderthanen vnd Land Ständen in der Erbhuldigung geschworen/
 Sie bey shrem alten Herkommen / Freyheiten/ Recht vnd Gerechtig-
 keiten / darunden ja die vhralte Maiorat: vnd Vnions Rechten vnd
 priuilegia seind gemeint vnd begriffen worden) zuschüzen vnd zuhand-
 haben / wie das in allen Erbhuldigungen als substantial pflegt zu ge-
 schehen. Non igitur contra tantam Iuris iurandi religionem po-
 tuisset venisse aut ius successionis antiquum mutasse Princeps,
I. non solent. C. vettig. noua. l. cum satis. C. de agric. & Cens. glof. sing.
in l. moneor. C. de serv. export. idque insciis & non consentientibus
 Statibus, quorum tantoperè intereat, & etiamnum interest, anti-
 quum illum ordinem successionis ad modum Iurium Maioratu-
 s & Vnionis seruati, statum non mutari, nec in plurimum subie-
 tiones diffundi, qui idcirco ad huiusmodi actum suorum priuile-
 legiorum destructiuum vt interessati omnino vocari debuissent.
l. in concedendo. 7. & l. 10. ff. de aq. pluu. arcen.

Scias (retorqueam hoc tibi antidiscurrens) Ducib. Iuliæ
 potestatem non esse, tertio cuique, puta subditis ius suum legitimo
 modo quæsumit pacificando aut disponendo auferre vel im-
 mutare.

Scias (& hæc quoque tua verba sunt) Duces Iuliæ, Cliuiæ
 & Montium Iure iurando obstrictos fuisse & etiamnum esse, sua
 cuique prouincia à Maioribus accepta priuilegia sarta-tecta
 conseruare.

Imperatoris Caroli authoritas & potestas hic non excusant,
 si Dux priuilegium successionis antiquo successionis ordini
 contrarium de iure non impetrare, nec Imperator de iure
 conferre

conferre potuit, quicquid enim Iuris est in vno correlatiuorum,
id quoque in altero esse censetur, l. fin. ibique scribentes. C. de indit.
vid. toll.

Nec alias Imperator in alterius praeiudicium & laisionem
feudi conditiones, quæ potissimum circa modum in eo suc-
dendi consistunt, potest immutare, per ea quæ latè allegat Vulteius
libr. 1. fendor. 7. infine, aut denique tertio ius suum auferre, vel
te ipso teste.

Et quod si Princeps incautius aut non satis instrutus quæ-
dam egerit vel pepigerit, quæ ius principatus aperte laedunt (cu-
ius generis erit imperatum successorum Priuilegium, si dixeris
veterem ordinē succedendi per hoc abolitum) eius actio omni-
nō reuocanda est, nec subditos obligat, ut tenet Hostiensis in c. di-
lecti, extr. de maiorat. & obed. Paporm. in c. nouit. extr. de Indic.

Ne verò hoc modo ipsum priuilegium Carolinum proflus
destruamus aut euacuemus, & optimum Principem impetrando
in vanum & frustra laborasse dicamus, cum tamen natura ho-
minis nunquam intendit aliquid facere frustra, necessariò cogi-
mur & arctamur sèpedictum priuilegium in casu posteriori acci-
pere, eiq; talom interpretationem inferre, ob quam magis valeat &
sustineatur, quam pereat, iuxta doctrinā Dd. in l. si quando. in pr.
de legat. i. also nemlich daß Ihr F. Gn. bey derselben impetration
durch auf der meinung vnd willens nicht gewisen / damit den publicis
Conuentionibus, statutis patrijs vnd Satzungen jrer lobblicher Vor-
fahren der Häuser Eleue vnd Gülich zu contraueniren/ weniger diesebe
ganz vnd gar abzuthun vnd auffzuheben/ zumal in kein weg.

Sondern Ihr F. Gn. haben das Priuilegium Carolinum nur
dahin allein gemeint vnd darumb aufbracht / wann kein Männlicher
Ehlicher Leibserb von jhren Leib erbohren vorhanden war/ daß alsdañ
die deuolutio seu, vt ita dicam, succedanea filiarum successio in
prouincijs iam parificatis & coniunctis eins vor all / desto mehr frey
vnd vndisputirlich gemacht wird / wie vorhin in dem Discurſu ver-
melt / quo sensu Carolinum lex est non noua, sed veteris iuris confirma-
atoria.

Dann Ihre F. Gn. war sehr mol wissend / wie das Thur vnd

H

Fürsten-

Fürstenhaus Sachsen ihren Herren Vätern Herzog Johannen die
Blehnung vnd succession an Gülich Berg vnd Rauensberg ab anno
1511. vsque ad annum 1521. so schwer vnd disputirlich gemacht hatte/
vnd das alles ex hoc vno capite, obgemelte Landen wahren feuda ma-
sculina, vnd durch absturberdes letzten Herzog Wi hilm dem Reich
vnd Ihme dem Thur: vnd Fürsten Hause vigore der anwartung an-
heim gefailen/ derhalben dessen einig hinderlassen Tochter Herzogin
Maria daran nit succediren könnte / warüber dann fast viele Tagleisun-
gen den partibus vom Reyser bestimmit/ vnd sonst viel handelsent-
standen / wie der lenge nach in der publiciren Sachsischer Deduction
durch vnd durch zuschen/ bis endlich anno 1521. der Reyser allen Sach-
sischen einwenden ungeacht hochged. Herzog Johannen mit den Lan-
den belehnet/ vnd zugleich sein Gemahlin hochged. Herzogin Mariam
zu der selben succession post Maximilianum I. habilitiret.

Damit nun mehr hochged. Herzog Wilhelm im petrans solch
vnd dergleichen geschrifliche vnd kostbarliche disputat ins künftig behin-
deren/ vnd dagegen seine Tochter / si quas vel quam forte relicturus
fuisset, præseruiren möchte/ hat Ihre E. Gn. einig vnd allein zu sol-
chem end/ dubitationis & disputationis præcaudex causa, mehr-
ged. priuilegium Carolinum auff die Tochter aufzugebieten/dass sie &
consequenter omnis foeminea proles in krafft dessen nun hic sano
extra omne dubium zur succ ssion der Landen sollen habilitire seyn
vnd bleiben / vt quæ causam habeant à Cæsare perpetuo tutæ esse,
& à nemine molestari debeat.

Wiewol solche foeminea qualitas succedendi in den Gülich-
schen Landen vorhin anno 1508. per Imp. Maximiliani priuilegium
(darin Herzogin Maria & consequenter dern Erben vtriusque se-
xus der Landen lehnwürdig vnd empfenglich gemacht werden) vnd in
den Cleuischen Landen per Conuentionem illam publicam Herzog
Adolfs gnugsam auffgesetzt vnd herbracht / vnd derhalben eines darzu
besondern newen priuilegij nicht eben so hochhöchtig war / placuit ta-
men ita Principi ex causis antedictis, & vt publicam illam Con-
ventionem Cliuensem, quæ vel sola antiquitate se fatis tueri po-
tuisset, ad similitudinem successionis Iuliacensis priuilegio quo-
que Cæsareo simul muniret.

Gang

Ganz ohn aber dasz mit diesem priuilegio Carolino die obbedientie vhralte Maiorat: vnd Vnions verdräg antiquus ille modus succedendi zugleich cassire vnd abolire seye / präterquam enim quod Princeps in dubio non präsumitur ius alterius velle tollere, l.i. §. si quis à principe 16. ff. ne quid in loc. publ. noster Princeps, vt ante dixi, tale quid impetrare, nec Cæsar conferre potuit: neuer quoque istius abrogationem voluit. Nullibi enim vel litera vel dictio de hoc extat, ergo, vt rursus dicam, cur stare prohibetur, quod mutatum non est? sanè quod quis non dixit, nec verbotenus expressit, intelligitur quoque non voluisse, l. labeo ait, in fin. ff. de suppel. legat.

Vtilitas igitur Carolini Priuilegij & præcipua causa mo- uens Principem ad eius impetrationem inde patet, dasz dardurch die succession in der Töchter Person / so dabevoren streitig vnd disputabel gemacht war / nunmehr indisputabel ist gemacht worden/ vnd das zu bestettigung vnd vnderhaltung der Maiorat: vnd Vnions Rechten.

Dann solten dieselbe Iura inter filias bestehen vnd conseruirt bleiben / vnd sie deroselben vthig seyn / haben sie zuvor zur succession tanquam ad fundamentum müssen habilitiret werden / nicht aber der gestalt oder cum tali effectu, dasz sie darumb alle zugleich vno & codem tempore jrem Herrn Battern in defectu masculinæ lineaæ, turbato ordine genituræ æqualiter, oder sublata Vnione in partes an den Landen zu succediren hetten (welches den vhralten Maiorat: vnd Vnions Rechten diametraliter zu wider wer/vnd der v rstand durch auf nicht seyn kan) Sondern dasz eine nach der anderer vnd derselben Erben abgang die Landen erben vnd habm solle / absuntâ scilicet lineaæ primogenitæ, linea secundo genitæ & sic deinceps, Iure Maioratus & Vnionis semper saluo, succedaneè assumeretur. Ethic est Carolini Priuilegij verus intellectus, qui circa insigne absurdum destructionem (clic. antiquæ legis successoriæ dissimulari vel ementiri nunquam potest.

Cui consequens est, idipsum Priuilegium non ita simpliciter & crudè prout iacet, accipiendum, sed cum anteriori Iure Maioratus & Vnionis conferendum & exinde congrue inter-

pretandum esse c. ex parte, 13. extr. de offic. delegat. Bart. ad l. omnes populi ff. de ll. quid enim magis Iuridicum quam legem per se vel in specie sua nouam trahi ad veterem?

Vnd soll solches in hoc nostro casu desto mehr geschehen / weilen ohn das Rechtns l. quoties de Regni seu Principatus alicuius indivisibilis (vt sunt principatus nostri) successione agitur, aut feudum sui natura ad vnum pertinet, quod tunc talis succedaneus linearum ordo omnino obseruari debeat. Etenim si vnu s. vnaue talem principatum habere debet (vt sanè debet) omnes lineas vel plures heredes lineaꝝ eiusdem, quantumuis eodem gradu ex defuncto descendant, promiscue & æqualiter uno & eodem tempore ad successionem vocari est impossibilissimum, quemadmodum alias in feudis diuisibilibus æqualiter omnes vocantur. 2. feuder. 50. in fin. Sed vnu s. eorum succedit tantum l. si cui fundus. in fin. ff. de condit & demonstr. & illa pluralitas heredum resoluitur in singularitatem hoc modo, vt vnu post alterum ordinatim ad proportionem genitrix & descendenter vocatus censeatur. Menoch. conf. 158. vol. 3. Socin. iun. conf. 150. Curt. iun. conf. 128. Evidem si nomine heredis non modo primus & secundus venit, sed & tertius, & sic deinceps pro tempore succedentes, l. heridis appellatione. de verb. sig. dicendum est pluralem numerum hoc modo verificari.

Wie dann auch Ihre F. Gn. mehr hochg. Herzog Wilhelm solcher gestalt Rechtns das Carolinum successorium priuilegium in den Preussischen Ehepacten deutlich interpretirt / auch in den folgenden pactis dotalibus Neoburgicis & Bipontinicis wider holet vnd einuerlebet / das gewislich hoch zuverwunderen ist / das Ihre F F F. G G G. Pfalz Neuburg/ Pfalz Zweibruck vnd Borgau diesen verstand das Carolini/ der doch so lauter vnd klar/ darauff auch in den pactis allerseits von dem Herren Socero gewiesen/ nicht finden wollen.

In gleicher gestalt Rechtns vnd in obgedachter meinung haben auch Ihre F. Gn. da nun das Carolinum impetrirt war/ von Kaiser Ferdinand Anno 1559: erhalten/ das Ihre Landen zu den ewigen Tagen bey ein ander vnire bleibin sollen/ vnd dessen Confirmatio von Kaiser Rudolpho Anno 1580: gebeeten/ wie vorhin gemeldt. Welche alle also auf,

auff ein ander folgende actus Threr F. Gn. intention / so sie bey impre-
tration des Carolini gehabt / gnugsam declariren / wie das Rechtens/
quod actus seu effectus subsequens declaret actum præceden-
tem, ut egregie tradunt Dec. conf. 336: Alciat. reg. 2. præsumpt. 26.

So nun vermög solcher Keysertlichen Confirmationen vnd re-
scripten der Landen Union bestehen soll / wie sie in krafft dern ewig bestie-
hen muß / folgt ja vnuernienlich / daß das Carolinum ad præscriptum
Iuris Maioratus & Vnionis in massen wie obsteht / zuuerstehen seye/
angesehen da die Tochter omisso iure Maioratus alle auff ein mahl
realiter solten succediren / der Landen Union alsbald verschwinden vnd
die Keysertliche Confirmationes hinfallen vnd vergebens aufbrache
seyn musten / adeò extra Ius Maioratus Vnionem nunquam po-
sueris, & si posueris illa nusquam est, & quia nusquam est, non
est: sunt illa relata ius Vnionis & ius Maioratus, quorum positio
vno ponatur & alterum, sublato vno tollatur & alterum, vt rectè
argumentari possit: prouincia Iuliacensis von diuiduntur propter le-
gem Vnioni dictam, ergo solus primogenitus vel primogenita ad instar
primogeniti & utriusque heredes in ijs succedere debent.

Ergo vides opinor Dn. Antidiscurrens nec priuilegium suc-
cessorum Carolinum: iuribus Maioratus & Vnionis vel pactis
Borussicis obstare, posthac errorem istum insignem, quo hoc
putasti, quæso dimitte.

Et tantum de iuribus Maioratus & Vnionis fœminis quo-
que competentibus tanquam primis & vltimis causæ Branden-
burgicæ validissimis principiis, eorumque defensione & tui-
tione.

[4. Pacta dotalia Borussica defenduntur & ab impretrationibus con-
trariis vindicantur.]

Progridiamur porro ad eiusdem tertium fundamentum
pacta scilicet Dotalia, & dispiciamus quanto molimine eadem
quoque oppugnet antidiscurrens, & qualiter ei respondendum.

Hoc tamen prius quoque admonuero, si vel nunquam
Dux Wilhelmus inter liberos tam accurate ius successionis per
pacta dotalitia vel & testamentum disposuisset, nihilominus de-
ficientibus masculis primogenitam filiam Ducissam Borussicam

H 3, eiusque.

eiusque heredes, ad successionem in solidum vocandam fuisse, idq; propter ipsam ordinationem legis successoriae antiquae, seu iurium istorum Maioratus & Unionis, quae quamdiu stant, serenissima Domus Electoralis Brandenburgica posset, si velit, suæ successionis causam non tam à pactis dotalibus, vel testamento, quam ab iisdem publicis Patriæ Iuribus repetere, in tantum ut si ipsa Pacta expugnarentur (quod est de impossibilibus Iuris) non ideo eius prætensa successio sit peritura.

Vbicunque enim dispositio aliqua duas habet causas, licet una istarum auferatur, alia remanente non cessat dispositio, l. si non lex alia 83. ff. de hered. inst. ibique Bald. & S. affinitatis ibique Dd. communiter. Inst. de nupt.

Et quidem pacta dotalia Borussica, quantum ad ius Maioratus inibi dispositum, negat antiurista de iure subsistere.

Primò propter defectum consensus Statuum, quem Princeps nominatim, ut dicit, recepit se procuratum, nec tamen ipse nec post eius obitum filia nec gener præstitit. Verum Princeps nec in Borussicis nec cæteris dotalibus dispositionibus de Iure opus habuit Statuum consensu, quorum suffragiis ut ei Principatus non erant delati, sic iure suo nihil potuerunt velle vel nolle, nedum eius dispositiones irritas facere, non minus quam ipsam legem successoriam improbare, aut à se inuito Principe remouere; maximè quod illæ dispositiones non aliud continebant, quam quod ante pro priuilegio & pro lege successoris ab ipsis Statibus obseruaretur.

Warauff dann Rechens/ quod istorum consensu, qui præcise consentire debent, nec dissentiendo actum impedire possunt, ad actus validitatem planè opus non sit. l. 28. §. 5. ff. de fideicom. libert. l. qui potest in iuris. ff. de reg. iur.

Danne hero steht in den Preuss schen Ehepacte / daß die Ritterschafft vnd Land Stend quo ad passum d. signa æ successionis, ihren consensum zugeben schuldig seyen / §. wie wir auch daran.

Wir wollen heißen vnd beschlēn/ steht in den Sachsischen Ehepacten/ da wir ohn Männliche Erben abstürzen/ daß sich alle vnsere Graff-

Graffschafft vnd Herrschafftien/ Land vnd Leut an unsere electe Lochter Sybillam halten sollen: Et ipsi status in literis Reuersalib. factentur, jhre gnedige Herrschafft hab Ihnen geheissen vnd besohlen ob, ged. articul zu bewilligen.

Instas, cur ergo Princeps recepit tales consensum se curaturum? fecit hoc bonus Princeps vel urbanitatis & courtesiae (vt Status tanto libenter subsidia dotalitia conferrent) vel abundantioris cautelæ ergo, quæ nunquam nocere creditur?

Secundum argumentum contra pacta Borussica tale est: In pactis Borussicis sit prouinciarum alienatio, illa vero Ducibus Iulie & Clivie per priuilegia Statuum omnino est prohibita. Respondeo, hoc priuilegium de non alienando prouincias in extraneum libenter agnosco, & ei sua in iure constat ratio, quod in huiusmodi alienationibus terrarum, non solum agri & domicilia, verum etiam incole, liberi homines in alterius ditionem abalienantur, quorum tamen commercium non est, l. liber homo 103. ff. de verb. obligat. l. 34. ff. de Contr. empt. sed Antidiscurrens male illud applicat ad heredis designationem, quæ sit in pactis Borussicis secundum antiqua iura maioratus & Vnionis: aliud enim est alienatio in extraneum, quæ sola priuilegio est prohibita, aliud heredis declaratio, heredis in quam filia primogenitæ que est de domo & familia Ducis. Prohibitum alienare extra familiam nihilominus heredem de familia, qui alias esset successurus, potest instituere, l. potest. §. Iulianus. ff. de legat. 3. ibique glos. magna, quam Imola singularem putat & sequitur in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de v. o. & Iason mentit tenendam dicit in l. voluntas. C. desiderio.

Tertium argumentum contra pacta Borussica ita format: In pactis Borussicis Imperatoris vt domini directi Consensus deficit. Ergo de iure non subsistunt; non enim vt priuato putacitni Colonensi de hereditate sua, sic Principi de principatibus feudis Imperii sine consensu Imperatoris disponere licet. Respondeo, nec quoque consensu Imperatoris in hisce pactis opus erat, quod iam ante in prouinciis, super quibus disponebatur, veteraque Iura Maioratus & Vnionis obtinebant, quæ vt Imperator dissensu suo non potuisset tollere, sic ab iis Princeps ne vel latum ynguem

vaguem disponendo recelsit: sanè quæ Iure communi antelicta sunt, speciali eaque noua impetratiōne aut confirmatione opus non habent. express. l. unic. C. de thesaur.

Et vasallo Principi non minus quam cui Colon, priuato illa super feudo suo licita est dispositio, quæ fit inter liberos vocatos in prima inuestitura, per ea quæ sunt in Discursu, & ipse quoque Antidiscurrens infra §. sit ita, mihi concedit, hic sui oblitus gloriōsè negat. licita est, inquam, talis dispositio, etiamsi domini consensus non interueniat. Eo enim interueniente etiam quilibet feudorum alienationes valere, apud Feudistas extra omnem controveſiam est. Addo quod talis dispositio tanto magis tenet in feudis communibus seu scēmineis, vt nostræ sunt prouinciae, illa enim ad instar patrimoniorum quantam ad facultatem disponendi inter liberos, penè redacta esse constat.

Imò ponas Imperatoris consensu in pactis Borussicis opus fuisse per modum Confirmationis, & dicam tibi, eundem in iis non deficit. Interuenit enim per Epistolam illam confirmatoriam Imp. Maximiliani II. quam miro, cur dicas non dignam, quæ in considerationem veniat; ego & alii quam plures illam ante oculos habuimus, correctauimus, legimus, vt certò tibi affirmare possem, primam eius periodum præter hanc confirmationem nihil continere, & reliquum contextum vt minus principalem gratulatoriis tantum absolui: quod si Serenissimo nostro de hoc genere confirmationis ante Ducis nostri obitum vel tantillum constitisset, forsitan Imperatorem nunquam pro solenniori consensu & confirmatione interpellasset.

Quasi verò nulla sit conueniens & debita confirmatio, quam quæ solenniter fit? ego tibi ex Discursu repeto, quod Imperator per epistolam vel subscriptionem statuit, vel cognoscens de plano decrevit, vim legis habet, si vim legis, quid ni, & vim Confirmationis, quæ tanta non est, quanta legis sanctio.

Fateor me ignorare (nec istius tam doctæ ignorantiae me pudet) in vniuerso Corpore Iuris nostri alibi scriptum esse, Imperatorem Rom. non aliter quam solenniter confirmare vel rati habere posse, quia imò ex lege Imperii solennibus Iuris is non adstrictus,

adstrictus, sed omnino solitus est, l. 3. C. de testam. ne dum stylo
suæ Curiæ & Aulæ, vt tute vis, subjiciendus.

Parum igitur interest ad validitatem pactorum Borussicorum, intervenerit ne Imperatoris consensus solennis vel minus solennis, cum etiam priuatorum actus, qui sine certa solennitate fieri possunt, si illa solennitas minus legitimè interueniat, ob id non vitientur, vt Iuris est notorij.

Verum enim verò adhuc alia causa supereft, inquit Anti-Iurista (fit hoc eius argumentum quartum) quæ facit, ut filiae Iuliacenses pacta dotalia Brutonica pro nullis & invalidis habeant, quia sc. se ad priuilegium successorum Caroli V. expressè referunt, quod tamen feudalem successionem omnibus filiabus promiscue & equaliter defert. At verò quam sit hoc posterius falso, patet ex ijs quæ supra de vero intellectu Carolini dixi, quantum ad prius pace sua dixerim Carolini successorii Priuilegii in pactis Borussicis expressè nō fit mentio, ita verba sonant; *Krafft darvher hieboren erlangten vnd bestetigten Rensalichen Priuilegien* / vt non vnum idque Carolinum successorium sed plura priuilegia hic subintelligi, necessum sit.

Imò stent verba in singulari numero *vermög darvher hieboren erlangten vnd bestetigten Rensalichen Priuilegien*, non tamen video vim consecutionis, cur ad Carolinum priuilegium præcisè referenda sint. Etenim paragraphi istius, cui adpensa sunt, hic sensus literalis est, quod deficiente mascula linea, filia primogenita Borussica succedit, at cuius priuilegij vigore? an *vermög des priuilegij Carolini successorii?* dixerim quod ita, modò illius vera interpretatio, *quam posui supra S. utilitas igitur, admittitur: si verò creditur, omnes filias promiscue in eo ad successionem vocari* (quod tamen falsissimum est) dixerim quod non. Hoc n. posteriori sensu priuilegium Carolinum dispositionibus dotalibus, quæ primogenitam solam vocant, ex diametro aduersatur, tantum abest, quod partes disponentes, suam dispositionem desuper fundare, aut se ad illud referre voluerint, tanquam suæ menti minus accommodum & contueniens, nisi citra absurdum Dn. Antidiscurrens nobis persuadere possit, id quod in vna

parte adstruitur nimirum ius primogenituræ, in alterius parte per relationem rursus destrui.

Atqui regulariter in quibuscumque dispositionibus interpretationes debent fieri per punctum rationis, ne absurditas inde sequatur, ne ulti à sapiente reprehendi possent, *l. salinus. ff. de legat. præstand. l. quamvis. ff. de in ius vocand.* & relationis effectus esse debet, ut in referente tantum sit, quantum in relato, *l. a se toto. ff. de hered. instit.* certaque est Dd. regula, quod relatione non debeat fieri ad ea, quæ sunt diuersæ naturæ, *per textum in elem. r. §. ad hoc. de prabend.*

Rectius igitur dixero, Principes disponentes in pactis dotalibus Borussicis Anno 1572. erectis respxisse potius ad priuilegium Vnionis tantum, *welches hiebeoren Anno scilicet 1559. Dar vber* scilicet super iure primogenituræ *erhalten vnd bestetigt / si modo authographum dotale habet vermög des priuilegij, de quo mihi adhuc certi nihil constat.*

Si verò dotale authographum habet *vermög der Priuilegien/* quid impedit quominus Principes disponentes putentur respxisse ad omnia antecedentia priuilegia successoria? puta Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi & Rudolphi Imp ppp. ut quæ si rectè interpretantur, habeant cum pactis Borussicis quoad ius primogenituræ inibi primogenitæ attributum, sensum communem & concurrentem, & uniformiter operentur.

